Dum puer sē vertit, lupī vōx audītur. Vōx nōn procul, sed prope est. Mārcus quoque nunc timet, ut ovēs. Dum puer circum sē spectat, Sextus et Titus folia quae post arborēs in terrā sunt movent. Mārcus horret, quia lupus advenit. Quid igitur facit Mārcus? In arborem ascendit, dum lupus prope ululat.

Dum Mārcus perterritus in arborem ascendit, Sextus Titusque multa folia movent, atque magnā vōce ululant. Iam Mārcus multum timet et, dum arborem ascendere cōnātur, ad terram cadit. Tum oculōs claudit et clāmat, dum amīcī rīdent sēque ostendunt.

## Exercitium sextum

*genetīvus partītīvus*
(< pars)

multum, paulum, nihil } *cum gen.*

1. Quī multum pecūni___ habet, pecūniōsus est.
2. In parvō rīvō paulum aqu___ est.
3. Quīntus nōn multum sanguin___ habet.
4. Ovēs multum herb___ ēsse solent.
5. Pāstor paulum pecūni___, sed multum pān___ sēcum fert.
6. Nautae multum aqu___ ē nāve hauriunt.
7. Lȳdia nihil pecūni___ habet.
8. Mēdus multum pecūni___, sed nihil cib___ habet.

multum
paulum

multō / paulō (abl.) { -ior, -ius / ante / post

### Exercitium septimum

1. Pāstor ovem nigram quaerit; paul____ post eam in silvā reperit.
2. Paul____ ante tempestātem, nāvis ē portū ēgreditur.
3. Iūlia nōn mult____ ēsse solet, ergō Quīntus paul____ crassior est quam Iūlia.
4. Quīntus, quī mult____ ēsse solet, hodiē nihil ēst, quod aegrōtat.
5. Puerī sānī mult____ fortiōrēs sunt quam puerī aegrī.
6. Corpus Diodōrī mult____ crassius est quam corpus Mārcī.
7. Pāstor paul____ in umbrā dormit.
8. Iūlius mult____ pecūniōsior est quam Aemilius.
9. Arma Germānōrum paul____ graviōra sunt quam Rōmānōrum.
10. Mēdus pecūniam Iūliī sūmit et, paul____ post, ē vīllā discēdit.





## CAPITVLVM SEPTIMVM DECIMVM

### Exercitium prīmum

*Exempla:* Mārcus: "Syra mē vocat". = "(Ego) ā Syrā voc<u>or</u>."
Mārcus: "Syra tē vocat". = "(Tū) ā Syrā voc<u>āris</u>."

1. Iūlius: "Māter tē amat". =
2. Mārcus: "Magister mē reprehendit et verberat". =
3. Servus: "Dominus tē quaerit, nec tē reperit". =
4. Quīntus: "Māter mē lavat et terget". =
5. Lȳdia: "Tabernārius tē vocat". =
6. Mīles: "Dux tē exspectat". =
7. Lȳdia: "Deus mē dēfendit". =
8. Mārcus: "Numquam mē laudās". =
9. Mārcus: "Cūr mē pūnīs?" =
10. Neptūnus: "Mē invocant hominēs perterritī". =

[1] -or / -āris
[2] -eor / -ēris
[3] -or / -eris
[4] -ior / -īris

### Exercitium secundum

*Exempla:* Līberī: "Syra nōs vocat". = "(Nōs) ā Syrā voc<u>āmur</u>."
Līberī: "Pater vōs vocat". = "(Vōs) ā patre voc<u>āminī</u>."

1. Dux: "Hostēs nōs oppugnant". =
2. Ancillae: "Domina nōs quaerit". =
3. Discipulī: "Magister nōs laudat, neque reprehendit". =
4. Ancillae: "Māter vōs in ātriō exspectat". =
5. Parentēs: "Vōs gallus canēns excitat". =
6. Pater: "Magister sevērus vōs reprehendit et pūnit". =
7. Mārcus: "Mīlitēs fortēs nōs dēfendunt". =
8. Mīlitēs: "Germānī nōs timent". =
9. Ancillae: "Māter vōs nōn audit, neque videt". =
10. Līberī: "Māter nōs vocat, nec reperit". =

[1] -āmur / -āminī
[2] -ēmur / -ēminī
[3] -imur / -iminī
[4] -īmur / -īminī

### Exercitium tertium

1. Mārcus: "Cūr ā tē numquam laud______ et semper reprehend______, pater?"
2. Iūlius: "Ā mē nōn laud______, sed reprehend______, Mārce, quod Iūlia ā tē puls______".
3. Mārcus: "Iūlia ā Quīntō puls______".
4. Iūlius: "Ergō tū et Quīntus ā mē nōn laud______, sed reprehend______".

*persōnae verbī passīvī*

| | | | |
|---|---|---|---|
| [1] | 1. | -or | -āmur |
| | 2. | -āris | -āminī |
| | 3. | -ātur | -antur |
| [2] | 1. | -eor | -ēmur |
| | 2. | -ēris | -ēminī |
| | 3. | -ētur | -entur |

[3] 1. -or -imur
2. -eris -iminī
3. -itur -untur
[4] 1. -ior -īmur
2. -īris -īminī
3. -ītur -iuntur

5. Mārcus Quīntusque: "Cūr ā tē nōn laud______, pater?"
6. Iūlius: "Quod proba puella ā frātribus improbīs rīd______ et verber______".
7. Quīntus: "Sed Iūlia ā mē nōn puls______, pater".
8. Iūlius: "Vōs vērō ā mē pūn______".
9. Mārcus et Quīntus ab Iūliō pūn______.
10. Dux: "Nōnne vōs ab hostibus tim______, mīlitēs?" Mīlitēs: "Ab hostibus tim______, dux".
11. Mīlitēs: "Nōs ab hostibus tim______, sed hostēs ā duce nōn tim______".
12. Hostēs: "Vōs ab hostibus nōn tim______, neque tū, dux, tim______".
13. Ancillae: "Nōs ā dominā aud______ et vid______".
14. Dēlia: "Tū, Syra, ā dominā aud______, quod magnā vōce loqueris".
15. Syra: "Ego nōn aud______, sed vōs aud______".
16. Syra ā dominā aud______ et voc______. Cēterae ancillae ā dominā nōn aud______, neque voc______.

*verba dēpōnentia*

**Exercitium quārtum**

1. Syrus: "Quō proficīsc______, Mēde?" Mēdus: "In Graeciam proficīsc______".
2. Syrus: "Nōnne dominum ver______?" Mēdus: "Dominum nōn ver______".
3. Iūlia: "Cūr Quīntus laet______?" Syra: "Quīntus laet______ quia medicus ē cubiculō ēgred______".
4. Iūlius: "Quōmodo tē cōnsōl______ possum, mea Iūlia?" Iūlia: "Mē complect______ potes, pater".
5. Servī: "Tē sequ______, domine, sed caelum ātrum fit".
6. Magister: "Cūr loqu______, discipulī, dum ego recitō?"
7. Sextus et Titus: "Venī, Mārce, tē opper______". Mārcus: "Cūr mē opper______?"
8. Mēdus Lȳdiam complect______, eamque cōnsōl______ cōn______.
9. Dum sōl or______, hominēs nāvem ē portū ēgredientem intu______.
10. Iūlius māla in aequās partēs part______.
11. Dum gubernātor loqu______, nūbēs ātrae fīunt.
12. Mēdus et Lȳdia: "Cūr nōn proficīsc______? Quid opper______?" Gubernātor: "Ventum secundum opper______".





13. Lȳdia: "Quid intu______, Mēde?" Mēdus: "Nūbēs ātrās procul in caelō intu______".
14. Mēdus: "Nōnne laet______, Lȳdia, quod simul in Graeciam proficīsc______?"
15. Lȳdia: "Laet______, Mēde, sed etiam doleō, quod amīcae meae mē nōn sequ______".
16. Syrus Lēanderque dominum sequ______ et inter sē loqu______, dum caelum intu______.
17. Dominus: "Cūr loqu______ nōn dēsinitis dum ego loqu______? Nōnne mē ver______, servī?"
18. Servī: "Tē ver______, domine, sed nūbēs ātrās intu______, ergō loqu______: nam simul cum illīs nūbibus ātrīs tempestās or______ solet".
19. Dum puerī in hortum ēgred______, Aemilia Iūlium in ātriō opper______.
20. Diodōrus: "Bonus magister improbīs discipulīs pecūniam nōn larg______".

**Exercitium quīntum**

*praesēns āctīvī et passīvī*
(praesēns -entis *n.* [nunc])

1. Iūlius servōs voc_____. Servī ven_____, dominum salūt_____ et ā dominō salūt_____.
2. Iūlius: "Quid ag____, servī?" Servī: "Dominam exspect_____, domine, sed ā tē voc_____".
3. Iūlius: "Rēctē dīc_____: ā mē voc_____".
4. Iūlius: "Rōmam proficīsc_____". Servī igitur eum sequ_____, et cum dominō proficīsc_____.
5. Līberī: "Nōnne tēcum Rōmam īre pos_____, pater?" Iūlius: "Mēcum Rōmam īre nōn lic_____".
6. Ab Iūliō trēs assēs prōm______, quī līberīs d_____.
7. Aemilia: "Cūr Rōmam proficīsc_____?" Iūlius: "Servum quaer_____, quī in vīllā nōn reper_____".
8. Līberī Iūliō 'omnēs servōs in vīllā esse' dīc_____.
9. Iūlius: "Num Mēdum vid_____?" Līberī: "Mēdum nōn vid_____".
10. Mēdus ā nūllō servō vid_____, quia ab_____.

**Exercitium sextum**

*Exemplum:* Parentēs līberōs vident.
= Līberī ā parentibus videntur.

Mārcus Quīntum, quī in lectō cubat, nōn vocat. Ergō Mārcus

sōlus ad lūdum it, et dum ambulat Sextum Titumque, quī apud magnam arborem sunt, videt.

Mārcus: "Quid agitis apud arborem?" Titus: "Sextus rem quaerit". Mārcus: "Quid quaeris, Sexte?" Sextus: "Quid apud arborem mālōrum quaeritur, Mārce?" Mārcus: "Māla! Sed quid agit Titus?" Sextus: "Ego māla carpō, dum Titus ā malīs mē dēfendit". Mārcus: "Ā mālīs?" Sextus: "Quam stultus es, Mārce! 'Mala' dīcō, nōn 'māla'! Numquam magister tē laudāre potest. Nōnne scīs hanc arborem esse Cornēliī? Haec māla carpere nōn licet!"

Dum Sextus māla in vestīmentīs pōnit, puerī vōcem Cornēliī clāmantis audiunt: "Quis māla mea carpit? Redde mihi māla mea, improbe puer! Nam tibi malum dare possum". Cornēliō clāmante, puerī māla relinquunt.





# CAPITVLVM DVODEVICESIMVM

## Exercitium prīmum

1. Mārcus pig___, Sextus vērō impig___ est.
2. Mārcus pig______ est quam Sextus et Titus. Mārcus discipulus pig_________ est.
3. Cornēliī equus pulch___ est.
4. Cornēliī equus pulch____ est quam Iūliī.
5. Cornēlius equum pulch________ quam Iūlius habet.
6. Mārcī oculī nig___ sunt.
7. Mārcī oculī nig_______ sunt quam cēterōrum discipulōrum.
8. Mārcī oculī nig________ est.

-er
-rior
-errimus

## Exercitium secundum

*Exemplum:* Aemilius probus et fortis mīles est. Quōmodo pugnat Aemilius?
= Aemilius prob<u>ē</u> et fort<u>iter</u> pugnat.

1. Mārcus litterās turpēs scrībit. Quōmodo Mārcus scrībit? =
2. Stēllae lūce clārā lūcent. Quōmodo lūcent stēllae? =
3. Discipulus indoctus prāvum respōnsum dat. Quōmodo discipulus indoctus respondet? =
4. Mīlitēs Rōmānī impigrī sunt. Quōmodo pugnant mīlitēs Rōmānī? =
5. Sextus pulchrās litterās scrībit. Quōmodo Sextus scrībit? =
6. Improbus discipulus turpe, nōn pulchrum respōnsum dat. Quōmodo respondet improbus discipulus? =
7. Mārcus malās rēs dīcit. Quōmodo loquitur Mārcus? =
8. Sextus vērō bonās rēs dīcit. Quōmodo loquitur Sextus? =

*adverbium*
-us (-er) -a -um > <u>-ē</u>
-is -e > <u>-iter</u>

bonus > <u>bene</u>
malus > <u>male</u>

## Exercitium tertium

*Exemplum:* Titus nōn tam stultē nec tam turpiter scrībit quam Mārcus.
= Mārcus stult<u>ius</u> et turp<u>ius</u> scrībit quam Titus.

1. Mārcus nōn tam rēctē scrībit quam Titus. =
2. Titus nōn tam sevērē ā magistrō reprehenditur quam Mārcus. =
3. Mārcus nōn tam graviter stilum in cēram premit quam magister. =

*comparātīvus adverbiī*
-ius

4. Titus nōn tam foedē scrībit quam Mārcus. =
5. Germānī nōn tam fortiter pugnant quam Rōmānī. =
6. Stēllae nōn tam clārē lūcent quam lūna plēna. =
7. Sextus nōn tam leviter scrībit quam Mārcus. =
8. Improbī discipulī nōn tam rēctē respondent quam probī discipulī. =
9. Titus nōn tam graviter verberātur quam Mārcus. =
10. Titus nōn tam pulchrē scrībit quam Sextus. =

*superlātīvus adverbiī*
-issimē (-errimē, -illimē)

**Exercitium quārtum**

*Exemplum:* Nūllus discipulus foedius quam Mārcus scrībit.
= Mārcus foedissimē scrībit.

1. Nūllī mīlitēs fortius pugnant quam mīlitēs Rōmānī. =
2. Nūllus discipulus stultius quam Mārcus respondet. =
3. Nūllus puer rēctius et pulchrius scrībit quam Sextus. =
4. Nūllus magister discipulōs sevērius pūnit quam Diodōrus. =
5. Nūlla stēlla clārius lūcet quam Sōl. =
6. Nūllus discipulus turpius quam Mārcus legit. =
7. Nūllus discipulus facilius quam Sextus scrībit atque numerat. =
8. Nūllus puer stilum in cēram levius premit quam Mārcus. =
9. Nūlla puella pulchrius quam Iūlia cantat. =
10. Nūllus discipulus pigrius quam Mārcus computat. =

*positīvus, comparātīvus et superlātīvus adverbiī*

**Exercitium quīntum**

*Exemplum:* Stēllae clārē lūcent. Lūna clārius lūcet quam stēllae. Sōl clārissimē lūcet.

1. Germānī fort____ pugnant, sed Rōmānī fort_____ quam iī pugnant: mīlitēs Rōmānī fort_______ pugnant.
2. Sextus pulchr____, Titus vērō turp______ scrībit.
3. Titus pulchr_____ quam Mārcus et foed_____ quam Sextus scrībit.
4. Sextus pulcher_______, Mārcus vērō foed_______ scrībit.
5. Mārcus prāv____ respondet. Titus rēct_____ quam Mārcus respondet. Sextus rēct_______ respondet.
6. Mārcus lev_____ stilum in cēram premit. Magister grav_____ quam Mārcus stilum premit.
7. Nūllus discipulus turp_____ scrībit quam Mārcus: is enim turp_______ scrībit.





**Exercitium sextum**

| | | |
|---|---|---|
| īdem | eadem | idem |
| eundem | eandem | idem |
| | eiusdem | |
| | eīdem | |
| eōdem | eādem | eōdem |

1. Mārcus et Quīntus ________ magistrum habent.
2. Mārcus Quīntusque ________ magistrī discipulī sunt.
3. ________ domina Syrae Dēliaeque imperat.
4. Syrus et Lēander cum ________ dominō in viā ambulant.
5. Servī Iūliī in ________ vīllā cum dominō habitant.
6. Syra et Lȳdia ________ dominae nōn pārent.
7. ________ magister Sextum, Mārcum et Titum docet.
8. Mēdus, Lȳdia et mercātor ________ nāvem cōnscendunt.
9. Diodōrus et Cornēlius in ________ oppidō vīvunt.
10. Ventus et mare ________ deō nōn pārent.
11. Mēdus et Dāvus ________ dominī ________que dominae servī sunt.
12. In tabernīs ________ ōrnāmentum saepe nōn ________ pretiō emitur.
13. Pater et fīlius ________ cognōmen habent.
14. Lupus et ovis in ________ silvā errant.

**Exercitium septimum**

| | | |
|---|---|---|
| quis- | quae- | quod-que |
| quem- | quam- | quod-que |
| | cuius-que | |
| | cui-que | |
| quō- | quā- | quō-que |

1. Ōrnāmentum suum _________ fēminam dēlectat.
2. In suā _________ sellā discipulus sedet.
3. Sua ā _________ discipulō sententia scrībitur.
4. Magister suam _________ discipulō tabulam reddit.
5. Sua _________ ancilla induit vestīmenta.
6. Dux suum _________ mīlitem gladium sūmere iubet.
7. Suās _________ oppidum tabernās habet.
8. Iūlius suum _________ servō mālum dat.
9. Fortissimī _________ exercitūs mīlitēs ā ducibus suīs laudantur.
10. Suum ā _________ fēminā ōrnāmentum laudātur.

**Exercitium octāvum**

quotiēs?
totiēs
semel (1x)
...

1. Aemilia: "Mārce! Mārce!" _______ Aemilia Mārcum vocat? Aemilia nōn _______ [1x], sed _______ [2x] Mārcum vocat.
2. Aemilia Iūliam _______ [3x] vocat. Quīntus quoque ab Aemiliā _______ [3x] vocātur.
3. Discipulus impiger _______ [10x] rēctē et _______ [1x] tantum prāvē scrībit.
4. Discipulus vērō piger _______ [9x] prāvē et _______ [2x] tantum rēctē respondet.

5. _______ Mārcus H litteram scrībit? Mārcus nōn _______ [4x], neque _______ [5x], neque _______ [6x], sed _______ [10x] H litteram scrībit.
6. Magister M litteram _______ [8x] Mārcum scrībere iubet. Mārcus vērō, quī piger est, M litteram _______ scrībere nōn vult.
7. Mārcus igitur nōn _______ [8x], neque _______ [7x], neque _______ [6x] M litteram scrībit, sed tantum _______ [5x].
8. _______ Mārcus magistrō pāret? Mārcus _______ [1x] tantum magistrō pāret.

### Exercitium nōnum

*docēre*
cum acc. hominis et acc. reī
cum acc. et īnf.

*Exempla:* magister / puerī / litterae / docēre = Magister puerōs litterās docet.
magister / puerī / legere / docēre = Magister puerōs legere docet.

1. magister / puerī / numerī / docēre =
2. magister / discipulī / multae rēs / docēre =
3. magister / puellae / litterae / docēre =
4. magister / iī / legere / docēre =
5. magister / is / nihil / docēre posse =
6. magister: "vōs / scrībere / docēre" =
7. magistrī / puerī / grammatica / docēre =
8. magistrī: "discipulī / lingua Graeca / docēre" =





## CAPITVLVM VNDEVICESIMVM

### Exercitium prīmum

*tempus praeteritum*
[1] -ābat -ābātur
-ābant -ābantur
[2] -ēbat -ēbātur
-ēbant -ēbantur
[3] -ēbat -ēbātur
-ēbant -ēbantur
[4] -iēbat -iēbātur
-iēbant -iēbantur
erat erant

*Exemplum:* Mārcus magistrum nōn _______ [salūtat].
= Mārcus magistrum nōn salūtābat.

1. Iūlia in hortō rosās _______ [carpit], et pāstor ovem nigram, quae in silvā _______ [errat], _______ [quaerit].
2. Quamquam gallus _______ [canit], Quīntus in lectō _______ [iacet], neque tamen _______ [dormit].
3. Sextus et Titus, quī lūdum _______ [petunt], in viā _______ [ambulant]; Diodōrus vērō discipulōs suōs in lūdō _______ [exspectat].
4. Iūlius Dāvum _______ [interrogat], Mēdus vērō Rōmae cum Lȳdiā _______ [ambulat].
5. Servī, quī lectīcam _______ [portant], fessī _______ [sunt].
6. Mare tempestāte _______ [turbātur]: nāvis, quā et hominēs et mercēs multae _______ [vehuntur], flūctibus _______ [iactātur], et vix gubernārī _______ [potest].
7. Lȳdia Chrīstum _______ [invocat]; nautae vērō Neptūnum _______ [invocant], et aquam ē nāve _______ [hauriunt].
8. Iūlia in hortō pilā _______ [lūdit], puerī autem in arborem ascendere _______ [cōnantur], ubi nīdus _______ [est].

### Exercitium secundum

*tempus praeteritum*
[1] -ābam -ābar
-ābās -ābāris
-ābāmus -ābāmur
-ābātis -ābāminī
[2] -ēbam -ēbar
-ēbās -ēbāris
-ēbāmus -ēbāmur
-ēbātis -ēbāminī
[3] -ēbam -ēbar
-ēbās -ēbāris
-ēbāmus -ēbāmur
-ēbātis -ēbāminī

*Exemplum:* Bonus discipulus _______ [es], ergō _______ [laudāris].
= Bonus discipulus erās, ergō laudābāris.

*[Līberī iam adulēscentēs sunt, ergō Iūlius dē rēbus praeteritīs loquitur.]*

1. Iūlius: "Tē _______ [laudāmus], quod bona puella _______ [es], sed vōs nōn _______ [laudāmus], quia improbī puerī _______ [estis]".
2. Mārcus et Quīntus: "Sed nōs bonī puerī _______ [sumus], quamquam nōn semper tibi _______ [pārēmus]".
3. Quīntus: "Bonus discipulus _______ [sum], quod bene

[4] -iēbam -iēbar
-iēbās -iēbāris
-iēbāmus -iēbāmur
-iēbātis -iēbāminī

eram
erās
erāmus
erātis

__________ [computō], bene __________ [scrībō] et bene __________ [recitō]".

4. Iūlius: "In lūdō saepe __________ [dormītis], nec magistrō __________ [pārētis]: ergō male __________ [computātis] et male __________ [scrībitis]".
5. Mārcus Quīntusque: "In lūdō numquam __________ [dormīmus], sed semper magistrō __________ [pārēmus]: ab eō igitur __________ [laudāmur], neque __________ [reprehendimur], quia bene __________ [discimus]".
6. Iūlius: "Numquam ā magistrō __________ [laudāminī], sed semper __________ [reprehendiminī], quod male __________ [discitis]".
7. Iūlia: "Ego vērō bona puella ______ [sum]: ā magistrō nōn __________ [reprehendor], sed semper __________ [laudor]".
8. Aemilia: "Tū melior _____ [es] quam Mārcus et Quīntus: semper enim bene __________ [computās] et rēctē __________ [scrībis]".

*praeteritum āctīvī et passīvī*

## Exercitium tertium

1. Mārcus: "Ante vīgintī annōs erāsne malus discipulus, pater? Saepene reprehend_______?"
2. Iūlius: "Immō, probus discipulus e______, et semper ā magistrō laud_______".
3. Mārcus: "E______ne Cornēlius bonus discipulus? Nōnne is quoque ā magistrō laud_______?"
4. Iūlius: "Certē Cornēlius numquam ā magistrō reprehend______, quod bene comput______ et pulchrē scrīb______".
5. Mārcus: "Vōs ergō bonī discipulī e______, et semper magistrō pār_______. Sed, num omnēs discipulī bonī e______?"
6. Iūlius: "Nōs certē bonī discipulī e_______: numquam in lūdō dorm_______ et semper magistrō pār_______, ergō numquam ab eō reprehend_______. Certē multō melior discipulus e______ quam tū nunc es".
7. Mārcus: "Nūllī igitur discipulī ā magistrō pūn_______?"
8. Iūlius: "Certē improbī discipulī, quī in lūdō dorm_______, male comput________ neque magistrō pār________, ab eō pūn_______".
9. Iūlius: "Sed ego et Cornēlius, quī numquam pūn_______, magistrum nōn tim_______".





10. Mārcus: "Certē eum nōn tim______, quia vōs nōn doc______ Diodōrus magister, quī sevērissimus omnium magistrōrum est".

*praeteritum āctīvī et passīvī*

## Exercitium quārtum

*Exemplum:* Iūlius: "Magister sevērus _____ [est], neque eum __________ [timēmus]".
= Iūlius: "Magister sevērus <u>erat</u>, neque eum tim<u>ēbāmus</u>".

1. Aemilia: "Virgō stulta ______ [sum], quia alium virum ________ [amō], ā quō nōn [amor] ________".
2. Iūlius: "Stulta virgō certē nōn ______ [es], sed ille vir, ā quō nōn _________ [amāris], amōre tuō dignus nōn ______ [est]".
3. Iūlius: "Virgō proba et fōrmōsa ______ [es], quam ________ [amō]. Tibi ergō epistulās __________ [scrībō], et dōna __________ [mittō], quae ā tē __________ [remittuntur]".
4. Aemilia: "Ille vir, quī dīves ______ [est] et 'parentēs meōs pauperēs esse' ________ [dīcit], neque mē ________ [amat] neque mē lacrimantem __________ [cōnsōlātur]".
5. Aemilia: "Neque epistulae tuae ā mē _________ [leguntur], neque dōna quae mittere ______ [solēs] ā mē __________ [accipiuntur], quod dē illō virō dīvitissimō semper ________ [cōgitō]".
6. Iūlius: "Apud parentēs __________ [habitāmus], ā quibus _________ [amāmur], neque ipsī parentēs _________ [sumus]".
7. Iūlius: "Ego in vīllā _________ [vīvō], quam pater meus __________ [possidet], vōs vērō in exiguā domō __________ [habitātis]; neque propter hoc ā mē minus __________ [amāris]: immō, parentēs tuī ā mē __________ [laudantur]".
8. Aemilia: "Cūr parentēs meī, quī dīvitēs nōn ______ [sunt], ā tē __________ [laudantur]?"
9. Iūlius: "Quia fīliam prope tam pulchram _________ [habent] quam ipsam Venerem".

*superlātīvus cum genetīvō partītīvō*

## Exercitium quīntum

*Exemplum:* Venus / pulcher / omnēs deae
= Venus pulch<u>errima</u> est omn<u>ium</u> de<u>ārum</u>.

1. Mārs / fortis / omnēs deī =
2. Sextus / doctus / omnēs discipulī =
3. Dāvus / probus /omnēs servī =
4. Rōma / pulcher / omnēs urbēs =

5. Aemilius / fortis / omnēs mīlitēs =
6. Aemilia / bonus / omnēs fēminae =
7. Iuppiter / malus / omnēs marītī =
8. Rōma / urbs magna / tōtum imperium Rōmānum =

bonus -a -um
melior -ius
optimus -a -um

malus -a -um
peior -ius
pessimus -a -um

magnus -a -um
maior -ius
māximus -a -um

parvus -a -um
minor minus
minimus -a -um

multī -ae -a
plūrēs -a
plūrimī -ae -a

## Exercitium sextum

1. Titus _________ discipulus est quam Mārcus, sed _________ quam Sextus. Sextus igitur _________ est omnium discipulōrum, Mārcus autem _________.
2. Dānuvius flūmen _________ est quam Nīlus et _________ quam Tiberis. Nīlus autem est flūmen _________ tōtīus imperiī Rōmānī.
3. Quīntus _________ quam Iūlia et _________ quam Mārcus est. Mārcus _________, Iūlia vērō _________ līberōrum est.
4. Rōmae _________ hominēs vīvunt quam in aliīs urbibus. Rōma urbs _________ tōtīus imperiī Rōmānī est, et in eā _________ hominēs _________ que domūs sunt quam in cēterīs imperiī urbibus.
5. Titī verba _________ sunt quam Mārcī. Verba Mārcī _________, verba autem Sextī _________ sunt.

adulēscēns
mātrōna
puella
puer
vir

## Exercitium septimum

*Exemplum:* Mārcus octō annōs habet.
= Mārcus puer octō annōrum est.

1. Quīntus septem annōs habet. =
2. Iūlia quīnque annōs habet. =
3. Iūlius trīgintā duōs annōs habet. =
4. Aemilia vīgintī septem annōs habet. =
5. Mēdus duodētrīgintā annōs habet. =

-ius
-ī! *(voc.)*
fīlius
fīlī!
meus
mī!

## Exercitium octāvum

*Exemplum:* Fabius suum Lūcium fīlium vocat: "Venī, Lūcī, fīlī mī!"

1. Iūlius ab Aemiliā salūtātur: "Salvē, Iūl___!"
2. Fīlius ā patre vocātur: "Venī, fīl___ m___!"
3. Iūlius Cornēlium salūtat: "Salvē, Cornēl___!"
4. Cornēlius: "Ō Iūl___! Quōmodo tē habēs, amīce m___?"
5. Cornēlius: "Audī, m___ bone amīce!"
6. Dux Aemilium vocat: "Aemil___, fortis mīles!"





# CAPITVLVM VICESIMVM

## Exercitium prīmum

*Exemplum:* Mēdus cum Lȳdiā _________ [ambulat].
= Mēdus cum Lȳdiā ambulābit.

*futūrum āctīvī*

| | | |
|---|---|---|
| [1] | 1. -ābō | -ābimus |
| | 2. -ābis | -ābitis |
| | 3. -ābit | -ābunt |
| [2] | 1. -ēbō | -ēbimus |
| | 2. -ēbis | -ēbitis |
| | 3. -ēbit | -ēbunt |
| [3] | 1. -am | -ēmus |
| | 2. -ēs | -ētis |
| | 3. -et | -ent |
| [4] | 1. -iam | -iēmus |
| | 2. -iēs | -iētis |
| | 3. -iet | -ient |

*passīvī*

| | | |
|---|---|---|
| [1] | 1. -ābor | -ābimur |
| | 2. -āberis | -ābiminī |
| | 3. -ābitur | -ābuntur |
| [2] | 1. -ēbor | -ēbimur |
| | 2. -ēberis | -ēbiminī |
| | 3. -ēbitur | -ēbuntur |
| [3] | 1. -ar | -ēmur |
| | 2. -ēris | -ēminī |
| | 3. -ētur | -entur |
| [4] | 1. -iar | -iēmur |
| | 2. -iēris | -iēminī |
| | 3. -iētur | -ientur |

erō erimus
eris eritis
erit erunt

1. Diodōrus: "Crās iterum male _________ [computās], Mārce, et prāvē _______ [scrībis]".
2. Mārcus: "Ego bene _________ [computō] et rēctē _______ [scrībō], magister; Sextus vērō et Titus male _________ [computant] et prāvē _______ [scrībunt]".
3. Sextus Titusque: "Nōs bene _________ [computāmus] et rēctē _______ [scrībimus], magister, quod tibi _________ [pārēmus]".
4. Mārcus: "Vōs ā magistrō _________ [laudāminī], quamquam male _________ [computātis] et prāvē _______ [scrībitis]".
5. Sextus: "Tū magistrum recitantem nōn _______ [audīs], neque eī _______ [pārēs], sed in lūdō _______ [dormīs]: ergō ā magistrō nōn _________ [laudāris], sed _________ [reprehenderis]".
6. Mārcus: "Ego semper _________ [reprehendor], vōs autem numquam _________ [reprehendiminī], quamquam vōs quoque in lūdō _________ [dormītis]".
7. Sextus et Titus: "In lūdō nōn _________ [dormīmus], neque menda _________ [facimus], quod bonum magistrum semper _________ [habēmus]".
8. Mārcus: "Vōs quoque menda _________ [facitis], quia īdem magister nōs omnēs _______ [docet]: discipulī meliōrēs quam ego nōn _______ [estis]".
9. Sextus et Titus: "Meliōrēs nōn _______ [sumus], sed certē tū peior quam nōs _____ [es]".
10. Magister: "Omnēs improbī discipulī _______ [estis], quia in lūdō _________ [loquiminī], neque magistrum _______ [audītis]".

*futūrum*

## Exercitium secundum

1. Mox Iūlius et Aemilia novum īnfantem __________ (habēre), et parentēs 'mamma' ac 'tata' ab eō ____________ (appellāre).
2. Crās Mārcus lūdum ________ (petere), ubi ā magistrō ____________ (reprehendere).
3. Crās Iūlius Rōmam ______________ (proficīscī): ergō servī lectīcam portāre ________ (dēbēre).
4. Ursus: "Ab hōc diē iam lectīcam nōn _______ (ferre), sed saccum ________ (portāre), quod dominus crassus est".
5. Syrus et Lēander: "Nōs saccōs ___________ (portāre), Urse, tū vērō lectīcam ______ (ferre), quod fortior es quam nōs".
6. Dāvus: "Nōs omnēs dominō imperantī __________ (pārēre): lectīca ________ (ferre) ā servīs quōs dominus hoc ________ (iubēre)".
7. Crās Mēdus et Lȳdia in Graeciam _________ (advenīre), ubi ___________ (laetārī).
8. Mēdus: "Numquam nōs in Italiam ___________ (revertī), Lȳdia, sed semper in patriā nostrā __________ (manēre), ubi līberī ________ (esse)".
9. Mēdus: "Ego iam dominum nōn ________ (timēre), ac tū certē mēcum ________ (gaudēre), quod cum virō ______ (vīvere) quem amās".
10. Lȳdia: "Tēcum laeta ______ (esse), mī Mēde, sed cūr numquam nōs in Italiam ___________ (redīre)? Illīc enim amīcās habeō".
11. Mēdus: "Illīc ego semper dominum _______ (habēre), Lȳdia. Tū quoque melius in patriā nostrā ______ (vīvere), ubi novās amīcās ________ (habēre)".
12. Post decem annōs Iūlia māter _____ (esse), et līberōs ______ (parere).
13. Iūlia marītum domī ___________ (exspectāre), quī rediēns eam ___________ (complectī) atque ___________ (ōsculārī).
14. Iūlia marītum suum _______ (amāre), et ab eō _________ (amāre).
15. Mārcus et Quīntus bonī avunculī _____ (esse), quī nōn sōlum sorōrem, sed etiam sorōris līberōs ________ (dīligere).





## Exercitium tertium

*futūrum*

*Exemplum: Herī* Iūlia rosās _________ [carpēbat].
= *Crās* Iūlia rosās carpet.

herī = diē ante hunc diem (↔ crās)

_____ [Herī] Quīntus in lectō ________ [iacēbat], Mārcus autem in lūdō cum Sextō Titōque ______ [erat]. Discipulī improbī nōn sōlum prāvē _________ [scrībēbant] et male _________ [computābant], sed etiam __________ [dormiēbant], quamquam magister __________ [recitābat]. Discipulī igitur ā magistrō īrātō sevērē _____________ [reprehendēbantur] et baculō ___________ [pūniēbantur].

Magister: "Quod mē rīdēre _________ [solēbās], Mārce, sevērius quam cēterī discipulī ___________ [verberābāris]". Mārcus: "Tē nōn magis ________ [rīdēbam] quam Sextus et Titus, quī ________ [dīcēbant] 'tē magistrum stultum esse'". Sextus Titusque: "Nōs tē recitantem ________ [audiēbāmus], magister, neque id quod Mārcus in tabulā ________ [scrībēbat] ________ [dīcēbāmus]: 'Diodōrus magister *h*asinus est'".

Diodōrus: "Hoc __________ [scrībēbās], Mārce? Ergō nōn sōlum mē _________ [rīdēbās], sed etiam prāvē ________ [scrībēbās]: *asinus* enim sine H litterā scrībitur! Bis igitur ā mē ____________ [verberābāris]!"

## Exercitium quārtum

nōlī / nōlīte } *et īnf.*

*Exempla:* Aemilia abit. Iūlius: "Manē!" (= "Nōlī abīre!")
Aemilia et Iūlius abeunt. Iūlia: "Manēte!" (= "Nōlīte abīre!")

1. Iūlia cantat. Mārcus: "Tacē!" (= "______________!")
2. Mārcus currit. Iūlia: "Cōnsiste!" (= "______________!")
3. Puerī dormiunt. Aemilia: "Surgite!" (= "______________!")
4. Aemilia discēdit. Quīntus: "Manē, māter!" (= "___________!")
5. Līberī loquuntur. Aemilia: "Silēte!" (= "______________!")
6. Iūlius proficīscitur. Iūlia: "Manē, tata!" (= "______________!")
7. Mārcus Quīntusque cōnsistunt. Iūlius: "Ambulāte!" (= "_____ ______________!")
8. Quīntus oculōs claudit. Medicus: "Oculōs aperī!" (= "_____ oculōs _________!")

### Exercitium quīntum

*Exemplum:* Mēd<u>us</u> malus serv<u>us</u> putātur.

1. Parvul___ puer___ īnfant___ dīcuntur.
2. Flūct___ ventō altiōr___ fīunt.
3. Aemili___ et Iūli___ 'mamm___' et 'tat___' ab īnfante appellābuntur.
4. Vi___ quī tabernam habet tabernāri___ dīcitur.
5. Venus pessim___ uxo___ putātur.
6. Cael___ ātr___ fit.
7. Discipulōrum magist___ Diodōr___ vocātur.
8. Mēdī amīc___ Lȳdi___ appellātur.
9. Mārc___ discipul___ improb___ putātur.
10. Hom___ quī magnam pecūniam habet pecūniōs___ dīcitur.

ubi? = dom<u>ī</u>
quō? = dom<u>um</u>
unde? = dom<u>ō</u>

### Exercitium sextum

1. Mārcus māne dom___ ad lūdum it.
2. Iūlius dom___ redit.
3. Iūlius nunc dom___ est, sed mox dom___ Rōmam proficīscētur.
4. Mēdus dom___ iam nōn est: Rōmae enim est.
5. Quīntus dom___ exīre nōn potest, quod aegrōtat.
6. Pāstor ex campīs dom___ revertitur.
7. Aemilia dom___ est et Iūlium exspectat, quī dom___ redit.
8. Cornēlius dom___ suā dom___ Iūliī it.

*ablātīvus <u>argūmentī</u>*
dē *cum abl.*
(argūmentum -ī *n.* = id dē quō sermō est)

### Exercitium septimum

*Exemplum:* sermō coniugum / novus īnfāns / esse
= Sermō coniugum <u>dē</u> nov<u>ō</u> īnfant<u>e</u> est.

1. medicus / Quīntī dēns / loquī =
2. Mēdus et Lȳdia / patria sua / colloquī =
3. magister / improbus discipulus / epistulam scrībere =
4. pāstor / ovis nigra / cōgitāre =
5. Mārcus / magistrī epistula / cōgitāre =
6. Mēdus / dominus suus / nōn loquī =
7. Albīnus et Mēdus / ānulī pretium / colloquī =
8. sermō Mēdī Lȳdiaeque / rēs futūrae / esse =





## CAPITVLVM VNVM ET VICESIMVM

### Exercitium prīmum

| | |
|---|---|
| ~it | ~ērunt |
| [1] -āvit | -āvērunt |
| [2] -uit | -uērunt |
| [4] -īvit | -īvērunt |

~ = thema perfectī (thema -atis *n.*: prior verbī pars, ad quam variae litterae vel syllabae adduntur)

1. Syra venit, quod Quīntus eam voc_______.
2. Iūlia laeta est, quia pater eam laud_______.
3. Quamquam magister multa doc_______, Mārcus nihil scit.
4. Mārcus nihil scit, quod in lūdō dorm_______.
5. Omnēs discipulī improbī sunt: nam in lūdō dorm_______, neque magistrō pār_______.
6. Mārcō tergum dolet: magister enim eum virgā verber_______.
7. Sextō autem omnia membra dolent: Mārcus enim et Titus eum in viā puls_______.
8. Sextus ōs Mārcī pugnō puls_______, sed deinde Mārcus et Titus eum humī ten_______.
9. Puerī ūmidī sunt, quod per imbrem ambul_______.
10. Mārcus vestibus sordidīs in vīllam intrat, quod per imbrem ambul_______ et humī iac_______.
11. Nunc Mārcus mundus est: vestem enim mūt_______.
12. Ancillae dominam, quam iam voc_______, iterum vocant: nōn enim aud_______.

*perfectum āctīvī*

| | | |
|---|---|---|
| 1. | ~ī | ~imus |
| 2. | ~istī | ~istis |
| 3. | ~it | ~ērunt |

### Exercitium secundum

1. Mārcus: "Sordidus sum, pater, quod per imbrem ambulāv______".
2. Iūlius: "Nōn sōlum per imbrem ambulāv______, sed etiam humī iacu______, Mārce!"
3. Mārcus: "Nōn sōlum ego humī iacu______, sed etiam Sextus et Titus humī iacu______".
4. Iūlius: "Cūr vōs omnēs humī iacu______?"
5. Mārcus: "Quia cum Sextō pugnāv______".
6. Iūlius: "Tūne sōlus cum Sextō pugnāv______?"
7. Mārcus: "Ego et Titus Sextum pulsāv______".
8. Iūlius: "Cūr tam improbī fu______? Indignum est duōs puerōs cum ūnō pugnāre".
9. Mārcus: "Prīmum Sextus mē pugnō pulsāv______, deinde nōs eum pulsāv______".
10. Iūlius: "Iam satis dē indignā pugnā vestrā audīv______. Fu______ne bonus discipulus in lūdō?"

11. Mārcus: "Certē fu_______: nam magister mē laudāv______".
12. Iūlius: "Quid magister vōs docu______?"
13. Mārcus: "Multa docu______; sed ego sōlus bene scrīps______: cēterī prāvē scrīps______".
14. Iūlius: "Quid scrīps______, Mārce?"
15. Mārcus: "Sententiam scrīps______ quam magister dictāv______. Sextus et Titus magistrō nōn pāru______, ergō magister eōs verberāv______".
16. Iūlius: "Tēne quoque magister pūnīv______?"
17. Mārcus: "Ego magistrō pāru______, ergō mē nōn pulsāv______; Sextus vērō et Titus in lūdō dormīv______".
18. Iūlius: "Nōnne tū quoque in lūdō dormīv______?"
19. Mārcus: "Ego oculīs clausīs magistrum recitantem audīv______".
20. Iūlius, dē Mārcī verbīs dubitāns: "Ī nunc in cubiculum tuum, quod vestem sordidam nōndum mūtāv______".

*III persōna*
*āctīvī*
~it ~ērunt

*passīvī*
-us -a -um est
-ī -ae -a sunt

**Exercitium tertium**

*Exemplum:* Mārcus magistrum nōn salūtāvit.
= Magister ā Mārcō salūtāt<u>us</u> nōn <u>est</u>.

1. Magister Sextum laudāvit. =
2. Ancillae dominam salūtāvērunt. =
3. Aemilia Iūliam audīvit. =
4. Magister discipulōs verberāvit. =
5. Iūlia parentēs vocāvit. =
6. Rōmānī hostium castra oppugnāvērunt. =
7. Magister initium librī recitāvit. =
8. Neptūnus mare tranquillum turbāvit. =

*Exemplum:* Magister ā Titō salūtātus est.
= Titus magistrum salūtāv<u>it</u>.

9. Magister ā discipulīs audītus nōn est. =
10. Discipulī ā magistrō pūnītī sunt. =
11. Iūlia ā Mārcō pulsāta est. =
12. Ancillae ā dominā vocātae sunt. =
13. Mārcus ā magistrō verberātus est. =
14. Iūlia ā patre laudāta est. =
15. Dominī ā servīs salūtātī sunt. =
16. Mare ā deō īrātō turbātum est. =





*acc. cum īnf. perfectī*

**Exercitium quārtum**

*Exemplum:* Magister: "Mārcus improbus fuit".
= Quid ait magister? Magister dīcit 'Mārc<u>um</u> impro<u>bum</u> fu<u>isse</u>'.

1. Magister: "Mārcus prāvē scrīpsit". =
2. Magister: "Mārcus male computāvit". =
3. Magister: "Omnēs discipulī in lūdō dormīvērunt". =
4. Magister: "Mārcus et Titus discipulī improbī fuērunt". =
5. Magister: "Sextus bene recitāvit". =

Iūlius: "Medicum vocāvī".
= Quid ait Iūlius? Iūlius dīcit '<u>sē</u> medicum vocāv<u>isse</u>'.

6. Iūlius: "Bene dormīvī". =
7. Iūlius: "Fīliam laudāvī". =
8. Iūlius: "In hortō ambulāvī". =
9. Iūlius: "Epistulam scrīpsī". =
10. Iūlius: "Servōs vocāvī". =

Aemilia: "Mēdus (: is) malus servus fuit".
= Quid ait Aemilia? Aemilia dīcit 'Mēd<u>um</u> (: <u>eum</u>) mal<u>um</u> serv<u>um</u> fu<u>isse</u>'.

11. Aemilia: "Medicus (: ____) stultus fuit". =
12. Aemilia: "Ancillae (: ____) Quīntum nōn audīvērunt". =
13. Aemilia: "Līberī (: ____) longum tempus dormīvērunt". =
14. Aemilia: "Aemilius (: ____) hostium castra oppugnāvit". =
15. Aemilia: "Iūlia (: ____) cum Syrā in hortō ambulāvit". =

*acc. cum īnf. perfectī āctīvī et passīvī*

**Exercitium quīntum**

*Exemplum:* Iūlius: "Magister Mārcum laudāvit".
= Quid dīcit Iūlius? Iūlius 'magistr<u>um</u> Mārc<u>um</u> laudā<u>visse</u>' (= 'Mārc<u>um</u> <u>ā</u> magistr<u>ō</u> laudāt<u>um</u> <u>esse</u>') dīcit.

1. Iūlius: "Domina ancillās vocāvit". =
2. Iūlius: "Bōs īrātus Mārcum cornū pulsāvit". =
3. Aemilius: "Hostēs Rōmānōrum castra oppugnāvērunt". =
4. Iūlius: "Magister discipulōs pūnīvit". =
5. Iūlius: "Mārcus haec verba nōn scrīpsit". =
6. Iūlius: "Servī dominam nōn audīvērunt". =
7. Iūlius: "Probās ancillās domina laudāvit". =
8. Iūlius: "Mārcus Iūliam verberāvit". =

*acc. cum īnf. perfectī passīvī*

**Exercitium sextum**

*Exemplum:* Magister: "Mārcus pūnītus est".
= Quid dīcit magister? Magister 'Mārcum pūnītum esse' dīcit.

1. Magister: "Sextus laudātus est". =
2. Magister: "Discipulī improbī verberātī sunt". =
3. Magister: "Vocābula ā Mārcō male scrīpta sunt". =
4. Magister: "Litterae ā Mārcō foedē scrīptae sunt". =
5. Magister: "Discipulī virgā pulsātī sunt". =
6. Iūlius: "Ancillae ā dominā vocātae sunt". =
7. Iūlius: "Is ā magistrō laudātus est". =
8. Iūlius: "Ea ā servīs discēdentibus salūtāta est". =

sē (*acc.: m. et f., sing. et plūr.*)

**Exercitium septimum**

*Exempla:* Iūlius: "Dāvum vocāvī". = Iūlius 'sē Dāvum vocāvisse' dīcit.
Dāvus: "Ā dominō vocātus sum". = Dāvus 'sē ā dominō vocātum esse' dīcit.
Ancillae: "Dominam audīvimus". = Ancillae 'sē dominam audīvisse' dīcunt.

1. Magister: "Ā discipulīs intrantibus salūtātus sum". =
2. Magister: "Discipulōs improbōs verberāvī". =
3. Discipulī: "Ā magistrō verberātī sumus". =
4. Iūlia: "Ab ancillīs vocāta sum". =
5. Ancillae: "Iūliam vocāvimus". =
6. Mārcus: "Ā servō excitātus sum". =
7. Dāvus: "Mārcum excitāvī". =
8. Servī: "Ā dominō audītī nōn sumus". =
9. Ancillae: "Ā dominā vocātae sumus". =
10. Mārcus: "Bonus discipulus fuī, pulchrē scrīpsī et bene computāvī". =

**Exercitium octāvum**

*Exempla:* Magister: "(Ego) bene recitō". = Magister 'sē bene recitāre' dīcit.
Discipulī: "(Nōs) bene computāmus". = Discipulī 'sē bene computāre' dīcunt.
Iūlius: "Servus meus abest". = Iūlius 'servum suum abesse' dīcit.





Iūlius: "(Ego) servum meum quaerō". = Iūlius 'sē servum suum quaerere' dīcit.

1. Mārcus: "Rēctē numerō". =
2. Mīlitēs Rōmānī: "Germānōs nōn timēmus". =
3. Iūlius: "Servum meum nōn reperiō". =
4. Mārcus: "Ā magistrō semper reprehendor". =
5. Albīnus: "Ānulōs ac gemmās vēndō". =
6. Albīnus: "Ōrnāmenta mea pulcherrima sunt". =
7. Ancillae: "Saepe ā dominā laudāmur". =
8. Nautae: "Nūbēs ātrās procul intuēmur". =
9. Iūlius: "Nummōs meōs nōn reperiō". =
10. Aemilius: "Ducī semper pāreō". =
11. Iūlius: "Fīlius meus ā medicō nōn sānātur". =
12. Servī: "Pecūniam dominī nōn habēmus". =

*perfectum āctīvī et passīvī*

herī = diē ante hunc diem (↔ crās)

**Exercitium nōnum**

1. Magister discipulīs "Herī" inquit "nōn sōlum mihi nōn pāru______, sed etiam per imbrem ambulāv______ et in viā pugnāv______. Nōnne rēctē dīcō?"
2. Sextus: "Ego tibi pāru______, magister, et litterae meae ā tē laudāt_________"."
3. Sextus dīcit 'sē magistrō pāru______, et litterās suās ab eō laudāt_________'.
4. Magister: "Vērum est quod dīcis, Sexte, sed tū quoque in lūdō dormīv______ et ā mē verberāt_________"."
5. Mārcus rīdēns: "Sextus, discipulus 'optimus' herī improbus fu______, et ā magistrō pūnīt_________. Hahaha!"
6. Mārcus 'Sextum discipulum improbum fu______, et ā magistrō pūnīt_________' dīcit.
7. Sextus īrātus: "Herī tē pugnō pulsāv______, Marce: nōn satis tibi fuit?"
8. Magister: "Cūr in viā pugnāv______, puerī?"
9. Sextus: "Quia Mārcus et Titus mātrem meam 'turpem' appellāv______, et ipse 'barbarus' ab iīs appellāt_________"."
10. Mārcus Titusque: "Mātrem tuam 'turpem' nōn appellāv______, sed certē tē 'barbarum' vocāv______, quod fortis et stultus es ut barbarī".
11. Magister: "Nōn sōlum improbī discipulī, sed etiam improbī puerī fu______, Mārce et Tite! In lūdō mihi nōn pāru______, et in viā duo cum ūnō pugnāv______".

12. Mārcus et Titus: "Tū ā nōbīs nōn minus quam ā Sextō, quī tē recitante item dormīv_________, audīt_________".
13. Magister: "Tamen Sextus rēctē scrīps______, vōs autem prāvē scrīps______, neque ā mē laudāt_________". Magister 'Sextum rēctē scrīps______' dīcit.
14. Mārcus: "'Sextum ā tē laudāt_________' dīcis. Sed aspice eius tabulam!"
15. Magister tabulam aspiciēns: "Ego hās litterās herī nōn laudāv______, nam foedae sunt".
16. Sextus: "Tabulae herī ā tē mūtāt_________, Mārce, mē humī iacente".
17. Sextus 'tabulās ā Mārcō mūtāt_________' dīcit.
18. Mārcus et Titus: "Nōs quoque humī iacu______: ergō tabulās nōn mūtāv______".
19. Sextus: "At vōs mē tenu______. Vōs tabulās mūtāv______ putō, atque id vōbīs dēmōnstrābō".
20. Mārcus, quī tabulās mūtāv______, 'sē tabulam suam sēcum nōn habēre' dīcit.

### Exercitium decimum

*praeteritum perfectum et praeteritum imperfectum*

*Exemplum:* Nox obscūra erat: nūlla lūna caelum illūstrābat.
Tum fulgur caelum illūstrāvit.

1. Rōmānī in castrīs erant: nūllus hostis cernē______. Tum hostēs castra oppugnā______.
2. Discipulī in lūdō sedē_______, cum Mārcus intrā______, neque magistrum salūtā______.
3. Puerī in viā ambulā______, cum tonitrum audī______.
4. Tonitrus audī__________ ā puerīs, quī domum redī______.
5. Iūlia in hortō canē________. Tum ā Mārcō pugnō pulsā__________.
6. Mārcus et Quīntus in hortō lūdē______. Tum Iūlius ā Mārcō vocā__________.
7. Iūlius Mārcum audī______, quī perterritus clāmā______, quia Quīntus humī iacē______, neque sē movē______.
8. Discipulī in lūdō dormi______: ergō magister eōs verberāv______.
9. Mīlitēs in castrīs dormi______, cum clāmōrem audī______.
10. Aemilia in ātriō e______. Tum ab Iūliā vocā__________.





## CAPITVLVM ALTERVM ET VICESIMVM

### Exercitium prīmum

*supīnum I*
≈um
≈ = thema supīnī

*Exemplum:* Hostēs ad castra veniunt, quod ea oppugnāre volunt.
= Hostēs castra oppugnātum veniunt.

1. Iūlius in hortum exit, quod ambulāre vult. =
2. Iūlia in cubiculum it, quod dormīre vult. =
3. Cornēlius ad vīllam Iūliī venit, quod eum salūtāre vult. =
4. Dominus ad servōs accēdit, quod pecūniam ab iīs postulāre vult. =
5. Puerī ad lacum veniunt, quod lavārī volunt. =

### Exercitium secundum

*supīnum II*
≈ū

*Exemplum:* Difficile est vōcem īnfantis audīre.
= Vōx īnfantis difficilis est audītū.

1. Facile est hoc nōmen dīcere. =
2. Facile nōn est facere quod dīcis. =
3. Litterās Graecās legere difficile est. =
4. Facilius est hoc dīcere quam facere. =

facere fēcisse factum
legere lēgisse lēctum

### Exercitium tertium

*ablātīvus absolūtus*
3: cum participiō perfectī

*Exemplum: Postquam / Quia* canis vīnctus est, tabellārius in vīllam intrat.
= Cane vīnctō, tabellārius in vīllam intrat.

1. Postquam catēna ā cane rupta est (= ____________________), tabellārius territus neque recēdere neque prōcēdere potest.
2. Quia canis solūtus est (= ________________), tabellārius īrātus timet.
3. Postquam Mēdus ab Aemiliā vocātus est (= ______________ ___________), Iūlius baculum sūmit.
4. Quia ānulus ā Mēdō ēmptus est (= ________________ ______), Lȳdia laeta est.
5. Postquam urbs ab hostibus oppugnāta est (= ______________ ____________), exercitus Rōmānus vocātus est.
6. Postquam discipulī verberātī sunt (= ____________________), magister librum iterum recitat.

7. Postquam ancillae monitae sunt (= ____________________),
Aemilia in hortum exit.
8. Quia pallium ā cane scissum est (= ____________________),
tabellārius īrātus discēdit.

*ablātīvus absolūtus*
3: cum participiō perfectī

## Exercitium quārtum

1. Castr___ expugnāt___, mīlitēs improbī fugiunt.
2. Mārc___ et Tit___ pūnīt___, magister Sextum laudat.
3. Verb___ rēctē scrīpt___, Sextus ā magistrō laudātur.
4. Can___ iterum vīnct___, tabellārius tranquillus est.
5. Tabul___ inter pugnam mūtāt___, Mārcus domum redit.
6. Nōmin___ medicī audīt___, Quīntus horret.
7. Libr___ recitāt___, magister discipulōs verberat.
8. Mult___ margarīt___ ā virīs ēmpt___, fēminae gaudent.
9. Līber___ salūtāt___, Iūlius in ātrium intrat.
10. Stil___ inter pugnam ā Sextō rupt___, Mārcus scrībere nōn potest.

*ablātīvus absolūtus*
3: cum participiō perfectī

## Exercitium quīntum

*Perfecta in ablātīvōs absolūtōs mūtā.*

Novus diēs est. Discipulī in lūdō sedent, magistrō librum recitante. Postquam initium librī recitātum est, magister dīcit: "Hodiē novam sententiam in tabulīs vestrīs scrībētis". Postquam haec verba dicta sunt, magister sententiam dictat. Discipulī magistrum dictantem audiunt et tabulās suās, postquam sententiae scrīptae sunt, eī dant. Sextus et Titus tōtam sententiam scrīpsērunt, sed Mārcus, quia calamus ā Sextō ruptus est, initium tantum scrīpsit.

Magister sententiās Sextī et Titī aspicit et, postquam iī laudātī sunt, sententiam quoque Mārcī legit. Mārcus, quia Sextus et Titus ā magistrō nōn pūnītī sed laudātī sunt, īrātus tabulam ostendit, 'sē quoque rēctē scrīpsisse' dīcēns. Magister vērō, postquam Mārcī verba audīvit, 'eum nōn sōlum prāvē scrīpsisse, sed etiam falsa dīxisse' dīcit. Tum ergō Mārcus, quī tabulās inter pugnam mūtāvit: "Nōnne vidēs nōmen Sextī in hāc tabulā scrīptum esse, magister?" inquit: "Sextī est haec tabula: ergō nōn ego, sed Sextus prāvē scrīpsit".





## Exercitium sextum

*Exemplum:* ānulus ferreus = ānulus ex ferrō

*ablātīvus māteriae*
ex / ē *cum abl.*
-eus -ea -eum

1. lectīca lignea =
2. nummus aureus =
3. catēnae ferreae =
4. ōstium ligneum =
5. ānulī ex aurō =
6. gladius ex ferrō =
7. tabula ex lignō =
8. speculum ex aurō =

## Exercitium septimum

1. __________, __________, dictum
2. __________, ēmisse, __________
3. scindere, __________, __________
4. __________, __________, monitum
5. __________, terruisse, __________
6. posse, __________
7. claudere, __________, __________
8. __________, __________, apertum
9. solvere, __________, __________
10. __________, vēnisse
11. __________, __________, pulsum
12. __________, rūpisse, __________
13. vincīre, __________, __________

# CAPITVLVM VICESIMVM TERTIVM

## Exercitium prīmum

*participium futūrī*

≈ūrus -a sum, es, est
≈ūrī -ae sumus, estis, sunt

1. Iūlius, quī hominem ______________ (= pūniet), baculum sūmit.
2. Aemilia: "Quem hominem ______________ (= verberābis), Iūlī? Num Mārcum?"
3. Iūlius: "Servum improbum ______________ (= verberābō), quī pecūniam meam habet".
4. Aemilia, quae ancillās ______________ (= vocābit), in hortum exit.
6. Lȳdia: "Nōnne hunc ānulum gemmātum mihi ______________ (= emēs), Mēde?"
5. Mēdus pecūniam prōmit quā ānulum gemmātum ______________ (= emet).
7. Mēdus: "Certē hunc ānulum tibi ______________ (= emam), Lȳdia, amīca mea, quod tē amō".
8. Tabellārius: "Retinē canem tuum, iānitor, quī catēnam ______________ (= rumpet)".
9. Ancillae pecūniam prōmunt quā pānem ______________ (= ement).
10. Discipulī: "Posthāc bonī discipulī ______________ (= erimus), magister, ac tibi ______________ (= pārēbimus). Hoc tibi prōmittimus!"
11. Aemilia: "Novum īnfantem mox ______________ (= habēbō)".
12. Fēmina quae īnfantem ______________ (= habēbit) multum laetātur.

## Exercitium secundum

*acc. cum īnf. futūrī āctīvī*

≈ūrum -am -um } esse
≈ūrōs -ās -a } esse

*Exemplum:* Iūlius: "Crās quoque Mārcus in lūdō dormiet".
= Iūlius 'crās quoque Mārc<u>um</u> in lūdō dormīt<u>ūrum</u> <u>esse</u>' dīcit.

1. Aemilia: "Iūlia mox dormiet". =
2. Magister: "Crās quoque Sextus rēctē, Mārcus vērō prāvē scrībet". =

3. Aemilia: "Ancillae aquam ex impluviō sūment". =
4. Mīlitēs: "Hostēs mox castra oppugnābunt". =
5. Fēminae: "Virī ōrnāmenta ement". =
6. Iūlius: "Servus ad magistrum epistulam feret". =
7. Servī: "Ancillae dominam vocābunt". =
8. Iūlius: "Posthāc servus Mārcum ad lūdum dūcet". =

### Exercitium tertium

*acc. cum īnf. futūrī āctīvī*

*Exemplum:* Mārcus: "Numquam iterum in viā pugnābō".
= Mārcus 'sē numquam iterum in viā pugnātūrum esse' dīcit.

1. Dāvus: "Iānuam clāve claudam". =
2. Mārcus: "Posthāc magistrō pārēbō". =
3. Iānitor: "Canem catēnā vinciam". =
4. Iūlius: "Epistulam ad magistrum scrībam". =
5. Quīntus: "Mox sānus erō". =
6. Aemilia: "Bona erō māter, et īnfantem vāgientem audiam". =
7. Magister: "Bonōs discipulōs laudābō, malōs vērō pūniam". =
8. Ancillae: "Mox in cubiculīs dormiēmus". =
9. Iūlia: "Patrem semper 'tatam' vocābō". =
10. Mīlitēs: "Crās hostium castra oppugnābimus". =

### Exercitium quārtum

*acc. cum īnf. futūrī passīvī*
≈um īrī

*Exemplum:* Iūlius: "Bonī discipulī ā magistrō laudābuntur".
= Quid dīcit Iūlius? Iūlius 'bonōs discipulōs ā magistrō laudātum īrī' dīcit.

1. Aemilia: "Improbī servī ā dominō verberābuntur". =
2. Mīlitēs: "Castra ab hostibus oppugnābuntur". =
3. Iānitor: "Catēna ā cane iterum rumpētur". =
4. Iūlius: "Iānua ā servō clāve claudētur". =
5. Magister: "Sententia ā Mārcō prāvē scrībētur". =
6. Magister: "Librī Graecī ab optimīs discipulīs legentur". =
7. Iūlius: "Mēdus sevērē pūniētur". =
8. Iūlius: "Epistula ā servō ferētur". =
9. Dux: "Oppidum ā Germānīs oppugnābitur". =
10. Aemilia: "Vestēs novae ab ancillīs ementur". =





### Exercitium quīntum

*Exemplum:* Iūlius Mārcum putat crās improbum: esse / fuisse / futūrum esse.

1. Aemilius dīcit 'herī castra ab hostibus: oppugnārī / oppugnātum īrī / oppugnāta esse'.
2. Syra dīcit 'Iūliam nunc ā Mārcō: pulsātam esse / pulsārī / pulsātum īrī'.
3. Iūlius dīcit 'crās Dāvum Mārcum ad lūdum: ductum esse / ductūrum esse / ductum īrī'.
4. Tabellārius putat herī canem ā iānitōre: solūtum esse / solūtum īrī / solvī.
5. Iūlius dīcit 'posthāc improbōs servōs ā dominō sevērē: pūnītum īrī / pūnītūrōs esse / pūnīrī'.
6. Mārcus videt magistrum epistulam: scrībī / scrīptam esse / scrībere.
7. Quīntus audit ē vīllā herī Mēdum: fugere / fūgisse.
8. Mēdus Lȳdiae prōmittit 'sē novum dōnum: ēmptum īrī / ēmptūrum esse / ēmptum esse'.

### Exercitium sextum

*īnfīnītīvus praesentis, praeteritī et futūrī*

*Exemplum:* Mārcus: "(Ego) bonus discipulus hodiē sum (esse), herī fuī (esse) et crās quoque erō (esse)".
= Mārcus 'sē bonum discipulum *hodiē* esse, *herī* fuisse et *crās* quoque futūrum esse' dīcit.

1. Pāstor: "Ovis herī ē campō ________ (fugere), et in silvam ________ (intrāre)". = Pāstor dīcit '...'
2. Iūlius: "Mārcus herī in lūdō improbus _______ (esse), et ā magistrō ______________ (verberāre)". = Iūlius dīcit '...'
3. Aemilia: "Mārcus posthāc magistrō ________ (pārēre), ac prōmissum _________ (facere)". = Aemilia putat ...
4. Aemilia: "Hic medicus stultus ______ (esse), neque Quīntum sānāre ________ (posse)". = Aemilia putat ...
5. Iūlius: "Posthāc Mārcus in viā nōn sōlus ____________ (ambulāre), sed ā Dāvō ad lūdum __________ (dūcere)". = Iūlius dīcit '...'
6. Mēdus: "Herī Lȳdiae ānulum _______ (emere)". = Mēdus dīcit '...'

7. Ancillae: "Nunc Iūlia in hortō cum cane suā pilā ________ (lūdere) et ā frātre, nīdōs quaerente, _________ (vocāre)". = Ancillae dīcunt '...'
8. Iūlius: "Fortasse crās epistulam ad magistrum ________ (scrībere), eīque 'mē mercēdem solvere nōlle' ________ (dīcere)". = Iūlius dīcit '...'
9. Syra: "Tabellārius herī epistulam ________ (ferre), et Mārcus in cubiculum ā Dāvō _____________ (inclūdere)". = Syra dīcit '...'
10. Iānitor: "Posthāc canis duābus catēnīs __________ (vincīre)". = Iānitor putat ...

## Exercitium septimum

1. advenīre, __________
2. __________, __________, lātum
3. __________, attulisse, __________
4. legere, __________, __________
5. __________, meruisse
6. facere, __________, __________ *faciō -iunt*
7. fugere, __________ *fugiō -iunt*
8. __________, __________, dēbitum
9. ostendere, __________
10. __________, perdidisse
11. __________, prōmpsisse, __________
12. dūcere, __________, __________
13. __________, __________, inclūsum
14. trādere, __________, __________
15. __________, mīsisse, __________





# CAPITVLVM VICESIMVM QVARTVM

## Exercitium prīmum

1. Tabellārius: "Nōnne _____ audīs, iānitor? Iānuam pulsō, cūr ā _____ nōn aperītur?"
2. Iānitor: "Quis _____ vocat? Quis 'iānuam ā _____ nōn aperīrī' dīcit?"
3. Tabellārius: "_____ Tlēpolemus sum".
4. Iānitor: "Quisnam _____ es, quī sīc clāmās?"
5. Tabellārius: "Tlēpolemus sum, Diodōrī tabellārius. Cūr _____ iānuam nōn aperīs, iānitor?"
6. Tlēpolemus '_____ Diodōrī tabellārium esse' dīcit.
7. Iānitor: "_____ nōn crēdō. Cūr ad vīllam vēnistī?"
8. Tlēpolemus: "Epistulam ferō, iānitor. Nōnne scīs tabellāriōs epistulās ferre? _____ stultē interrogās, iānitor!"
9. Tlēpolemus 'epistulam ā _____ ferrī' dīcit.
10. Iānitor: "_____ iānitōrēs crēdere nōn solēmus _____ tabellāriīs, quod saepe mentīminī".
11. Tabellārius: "Quīn aperīs, iānitor, _____que sub tēctum admittis? Per imbrem ambulāvī, et pedēs _____ dolent. Sub tēctō melius colloquēmur".
12. Tlēpolemus 'pedēs _____ dolēre' dīcit.
13. Iānitor: "_____ tabellāriī semper _____ iānitōrēs dormientēs excitātis. Cūr nōn omnēs eādem hōrā venīre solētis?"
14. Tlēpolemus: "Quia _____ nōn omnēs epistulae ā dominīs simul dantur. Accipe igitur epistulam quam ferō, iānitor, et statim discēdam: id _____ prōmittō".
15. Iānitor: "Nunc _____ aperiam, Tlēpoleme. Sed _____ moneō: canis ferōx hīc est: epistulam igitur _____ dā, et statim ā _____, id est ā _____ et cane meō ferōcī, discēde".

| | |
|---|---|
| ego | tū |
| mē | tē |
| mihi | tibi |
| mē | tē |
| nōs | vōs |
| nōs | vōs |
| nōbīs | vōbīs |
| nōbīs | vōbīs |
| – | |
| sē | |
| sibi | |
| sē | |

## Exercitium secundum

*Exempla:* Puer ūmidus *est*, quod per imbrem ambulāv<u>it</u> (ambulāre).
Puer ūmidus *erat*, quod per imbrem ambulā<u>verat</u> (ambulāre).

*plūsquamperfectum*
~erat ~erant
≈us ≈a erat

1a. Quīntus in lectō iacēbat, quod dē arbore ____________ (cadere).
1b. Quīntus in lectō iacet, quod dē arbore __________ (cadere).

2a. Mārcus verberātus est, quia in lūdō __________ (dormīre) et malus discipulus __________ (esse).
2b. Mārcus verberātur, quia in lūdō __________ (dormīre) et malus discipulus __________ (esse).
3a. Etiam Sextus et Titus ā magistrō pūniuntur, quod eum recitantem nōn __________ (audīre).
3b. Etiam Sextus et Titus ā magistrō pūniēbantur, quod eum recitantem nōn __________ (audīre).
4a. Iūlius īrātus erat, quod magistrī epistulam __________ (legere).
4b. Iūlius īrātus est, quod magistrī epistulam __________ (legere).
5a. Mārcus clāmat, quod in cubiculum __________ (inclūdere).
5b. Mārcus clāmābat, quod in cubiculum __________ (inclūdere).
6a. Pāstor timēbat, quia ovis nigra in silvam __________ (intrāre).
6b. Pāstor timet, quia ovis nigra in silvam __________ (intrāre).
7a. Tabellārius trīstis est, quod canis eius pallium novum dentibus __________ (scindere).
7b. Tabellārius trīstis erat, quod canis eius pallium novum dentibus __________ (scindere).
8a. Iūlia plōrābat, quod ā Mārcō __________ (pulsāre).
8b. Iūlia plōrat, quod ā Mārcō __________ (pulsāre).
9a. Lupus ululat, quod ā cane __________ (mordēre).
9b. Lupus ululābat, quod ā cane __________ (mordēre).
10a. Lȳdia gaudēbat, quod Mēdus ānulum __________ (emere).
10b. Lȳdia gaudet, quod Mēdus ānulum __________ (emere).

**Exercitium tertium**

1. Aemilia: "Cūr Mārcum herī pūnīvistī, Iūlī?" Iūlius: "Quod in lūdō malus discipulus fue______: magistrum recitantem nōn audīve______, et prāvē scrīpse______".
2. Aemilia: "Quid fēc______ cēterī discipulī? Fu______ne probī?"
3. Iūlius: "Omnēs, praeter Sextum, ā magistrō verberātī sunt, quod dormīv______; Sextus vērō laudātus est, quod ab eō sententia rēctē scrīpt__ er_____".

*plūsquamperfectum āctīvī*
1. ~eram ~erāmus
2. ~erās ~erātis
3. ~erat ~erant

*passīvī*
≈us ≈a } eram / erās
≈us ≈a ≈um erat





4. Mārcus: "Iam omnēs ā magistrō pūnīt__ er_____, pater: cūr igitur mē iterum pūnīvistī?"
5. Iūlius: "Quia falsum dīx______, Mārce, et in viā pugnāv______".
6. Aemilia: "Quid ais? 'Mārcum pugnāvisse' dīcis?" Aemilia, quae fīlium sordidum et cruentum nōn vīd______, Mārcum pugnāvisse nesciēbat.
7. Mārcus: "Sordidus rediī quod in viā pugnāv______, māter, et humī iacu______, sed etiam Sextus et Titus sordidī rediērunt quod in viā pugnāv______ et humī iacu______".
8. Aemilia: "Cūr pugnāvistis, Mārce? Nōnne quia tū et Titus prāvē scrīps______ et ā magistrō reprehēns___ er_____?"
9. Mārcus: "Sextus quoque ā magistrō reprehēnsus est, quod in lūdō dormīv______; sed ego et Titus eum pulsāvimus, quod turpia verba nōbīs dīx______".
10. Aemilia: "Ergō nōn sine causā pater tē pūnīvit: in lūdō dormīv______ et prāvē scrīps______, in viā pugnāv______ et nōbīs falsum dīx______. Verbera meruistī, Mārce!"
11. Māter Sextī: "Fuistīne bonus discipulus herī in lūdō?" Sextus: "Certē, māter. Magister mē laudāvit, quia rēctē computāv______, et litterae ā mē pulchrē scrīpt___ er_____".
12. Māter Sextī: "Suntne Mārcus et Titus quoque ā magistrō laudātī?" Sextus: "Titus et Mārcus, quī male computāv______, prāvē scrīps______ et in lūdō dormīv______, ā magistrō pūnītī sunt".

**Exercitium quārtum**

1. Iūlius: "Cūr nōbīs __________ (mentīrī), Mārce?"
2. Mārcus: "__________ (mentīrī), quia verbera timēbam; neque falsa sunt omnia quae __________ (loquī): omnēs ā magistrō verberātī sumus!"
3. Mārcus patris verbera timēbat, ergō __________ (mentīrī).
4. Aemilia: "Cūr herī Mēdus Mārcum ad lūdum nōn __________ (comitārī)?"
5. Iūlius: "Quia servus improbus est: pecūniam habet meam, falsa __________ (loquī) et Dāvum accūsāvit".
6. Mēdus enim 'sē pecūniam dominī sūmpsisse' nōn __________ (fatērī).
7. Cēterī servī nōn __________ (mentīrī): "Nōs autem

≈ī ≈ae } erāmus / erātis
≈ī ≈ae ≈a erant

*perfectum verbōrum dēpōnentium*

vērum ______________ (loquī), domine".
8. Iūlius: "Ita est, vōs vērum ______________ (loquī), et ancillae quoque vērum ______________ (loquī)".
9. Syra Quīntum cōnsōlārī ______________ (cōnārī).
10. Mēdus Lӯdiam ad Albīnī tabernam Rōmae ______________ (comitārī).

**Exercitium quīntum**

*Exemplum:* Iūlius: "Mārcus mentītus est".
= Quid dīcit Iūlius? Iūlius 'Mārc<u>um</u> mentīt<u>um</u> <u>esse</u>' dīcit.

1. Albīnus: "Mēdus Lӯdiam ōsculātus est". =
2. Aemilia: "Ancillae vērum locūtae sunt". =
3. Aemilia: "Servī ancillās ad forum herī comitātī sunt". =
4. Syra: "Dēlia dominam in ātrium comitāta est". =
5. Servus: "Pāstor 'ovem in silvam intrāvisse' fassus est". =
6. Ancilla: "Mēdus dominum īrātum veritus est". =
7. Syra: "Quīntus ē lectō surgere cōnātus est". =
8. Aemilia: "Syra Quīntum cōnsōlāta est". =

*ablātīvus <u>comparātiōnis</u>*
(comparātiō -ōnis *f.* < comparāre)

**Exercitium sextum**

*Exemplum:* Quīntī pēs dexter maior est quam pēs laevus.
= Quīntī pēs dexter maior est ped<u>e</u> laev<u>ō</u>.

1. Sextus discipulus melior est quam Mārcus. =
2. Mēdus fortior quam Dāvus est. =
3. Scūtum gravius est quam pīlum. =
4. Hasta longior est quam gladius. =
5. Lupus ferōcior quam canis est. =
6. Mārcus cēterīs discipulīs pigrior nōn est. =
7. Ovis nigra ovibus albīs peior nōn est. =
8. Ānulus gemmātus ānulō sine gemmā pulchrior est. =
9. Iūlia Quīntum Mārcō crassiōrem esse putat. =
10. Syra 'Mārcum cēterīs discipulīs stultiōrem nōn esse' dīcit. =

**Exercitium septimum**

1. dolēre, __________
2. __________, cecidisse
3. īre, __________





*eō eunt*
*red-eō -eunt*

*cupiō -iunt*

4. redīre, __________
5. __________, __________, cognitum
6. __________, cupīvisse
7. frangere, __________, __________
8. __________, reprehendisse, __________
9. lavāre, __________, __________ / __________
10. __________, __________, vīsum
11. dare, __________, __________
12. mordēre, __________, __________
13. __________, lūsisse
14. velle, __________
15. __________, locūtum
16. fierī, __________
17. fatērī, __________
18. __________, veritum
19. patī, __________

# CAPITVLVM VICESIMVM QVINTVM

## Exercitium prīmum

1. Iūlius: "Nōlī __________ (mentīrī), Mārce; iam vērum ____ ______ (fatērī)!"
2. Iūlius: "Magistrī epistulam ___________ (intuērī), Mārce! Magister 'tē improbum discipulum fuisse' scrīpsit. Iam nōlī falsum __________ (loquī): Dāvum __________ (sequī), quī tē in cubiculum inclūdet".
3. Māter Sextī: "__________ (laetārī), fīlī mī, quod bonus discipulus in lūdō hodiē fuistī".
4. Quīntus: "Nōlī ē cubiculō ___________ (ēgredī), Syra: hīc manē, mēque __________ (cōnsōlārī)!"
5. Syra: "Nōlī __________ (oblīvīscī) mē Iūliam in hortum comitārī dēbēre, Quīnte. __________ (opperīrī) paulum".
6. Quīntus: "___________ (pollicērī) tē brevī reditūram esse, Syra!"
7. Iūlia: "Iam venī, Syra! Māla et pira ___________ (intuērī) quae tata mihi dedit".
8. Syra: "Ō, quam fōrmōsa sunt! Ea cum Quīntō __________ (partīrī), quī in lectō iacet, neque surgere potest".
9. Magister: "Post merīdiem in lūdum ___________ (revertī), discipulī!"
10. Mārcus: "Nōlīte magistrum timēre, amīcī, sed mē ______ _____ (sequī)".
11. Cornēlius: "Ad vīllam Iūliī mē ___________ (comitārī), servī!"
12. Cornēlius: "Mē ante hanc iānuam ___________ (opperīrī), servī!"
13. Iūlius: "__________ (laetārī), līberī, quod novam sorōrem mox habēbitis".
14. Iūlia: "Nōlī ___________ (proficīscī), pater! Mē in hortum __________ (comitārī), et lūde mēcum!"
15. Mārcus: "Mē __________ (comitārī), Tite et Sexte!" Titus: "__________ (opperīrī), Mārce! Quō īs?"
16. Mārcus: "Mē __________ (sequī), Tite et Sexte; nōlīte ad lūdum statim __________ (revertī)!"
17. Mārcus: "__________ (intuērī) illum nīdum, quī inter folia et rāmōs est, amīcī!"

*imperātīvus verbōrum dēpōnentium*
-re -minī
[1] -āre -āminī
[2] -ēre -ēminī
[3] -ere -iminī
[4] -īre -īminī

nōlī / nōlīte } *et īnf.*

red-itūrus < red-īre

18. Sextus et Titus: "Ad lūdum īmus, Mārce: nōs __________ (sequī)!"
19. Mārcus: "Hūc __________ (revertī), Sexte et Tite! Lūdum __________ (oblīvīscī)!"
20. Mārcus: "Iam intellegō: magistrum timētis. Vōs igitur sequar, sed māla vestra mēcum __________ (partīrī)!"

**Exercitium secundum**

ubi? Athēnīs, Naxī, in Crētā
quō? Athēnās, Naxum, ad / in Crētam
unde? Athēnīs, Naxō, ā / ē Crētā

1. Cornēlius __________ (Tūsculum) habitat, Thēseus vērō __________ (Athēnae) habitābat.
2. Cornēlius __________ (Tūsculum) __________ (Rōma) it, Thēseus vērō __________ (Athēnae) __________ (Crēta) nāvigāvit.
3. Cornēlius nunc __________ (Rōma) est, Thēseus vērō __________ (Crēta).
4. __________ (urbs Rōma) multa aedificia sunt, __________ (īnsula Crēta) labyrinthus erat.
5. Cornēlius __________ (Rōma) __________ (Tūsculum) redit, quod __________ (oppidum Tūsculum) vīvit.
6. Thēseus __________ (Crēta) __________ (Naxus) nāvigat.
7. Thēseus Ariadnam __________ (Naxus) dēseruit. Deinde __________ (īnsula Naxus) __________ (Athēnae) rediit.
8. Thēseus __________ (urbs Athēnae) iterum est, Ariadna vērō __________ (īnsula Naxus) manet.

**Exercitium tertium**

*Exemplum:* Thēseus fīlum secūtus est et labyrinthī exitum facile repperit.
= Thēseus fīlum secūtus labyrinthī exitum facile repperit.

1. Iūlius haec locūtus est, atque abiit. =
2. Thēseus Athēnīs profectus est et Crētam petīvit. =
3. Multī virī prōmissa sua oblītī sunt, et fēminās sine pecūniā dēseruērunt. =
4. Mēdus et Lȳdia ex Italiā profectī erant, et in Graeciam nāvigābant. =
5. Syra Iūliam in hortum comitāta est, et in Quīntī cubiculum rediit. =





6. Mīlitēs 'sē fortiter pugnātūrōs esse' pollicitī sunt, et in hostēs impetum fēcērunt. =
7. Iūlius uxōrem ōsculātus est, et Rōmam abiit. =
8. Mārcus 'sē improbum discipulum fuisse' fassus est, et 'sē bonum puerum futūrum esse' prōmīsit. =

**Exercitium quārtum**

incipiō -iunt
inter-ficiō -iunt
iaciō -iunt
cōn-spiciō -iunt

1. iubēre, __________, __________
2. __________, __________, coeptum
3. __________, interfēcisse, __________
4. trahere, __________, __________
5. __________, dēseruisse, __________
6. __________, __________, iactum
7. regere, __________, __________
8. __________, __________, gestum
9. __________, petīvisse, __________
10. reperīre, __________, __________
11. __________, __________, redditum
12. __________, relīquisse, __________
13. occīdere, __________, __________
14. quaerere, __________, __________
15. __________, __________, cōnstitūtum
16. __________, accessisse
17. cōnspicere, __________, __________
18. a- cōn- dē-scendere, -__________
19. __________, secūtum
20. oblīvīscī, __________
21. proficīscī, __________
22. __________, pollicitum

# CAPITVLVM VICESIMVM SEXTVM

## Exercitium prīmum

*gerundium*

-ndum -ī -ō
[1] -andum -ī -ō
[2] -endum -ī -ō
[3] -endum -ī -ō
[4] -iendum -ī -ō

nārrāre
ad nārrandum
nārrandī
(in / dē) nārrandō

1. Īcarus, fessus ambul______, cōnsēdit.
2. Daedalus cōnsilium ē carcere fugi______ excōgitāvit.
3. Daedalus et Īcarus ad vol______ parātī sunt.
4. Iūlius dēlectātur leg______.
5. Mēdus cupidus erat fugi______.
6. Lȳdia parāta est ad proficīsc______.
7. Puerī lūdum petunt ad disc______.
8. Sextus in scrīb______ et in comput______ impiger est.
9. Mārcus vērō disc______ cupidus nōn est, et tempus in hortō lūd______ opperītur.
10. Mārcus artem scrīb______ nescit, ergō cōnsilium ment_______ excōgitat.
11. Pāstor, ove inventā, fīnem quaer______ facit.
12. Mārcus fessus est magistrum aud______.
13. In vol______ Īcarus Daedalō audācior fuit.
14. Daedalus dē fugi______ cōgitat.
15. Ad scrīb______ calamum habēre necesse est.
16. Ars leg______ Mārcō difficilis vidētur.
17. Tempus est ē lūdō ēgredi______ et domum revert______.
18. In vol______ nūlla avis celerior est quam aquila.
19. Aqua necessāria est ad vīv______.
20. Syra, fessa nārr______, fīnem dīc______ facit.

## Exercitium secundum

*gerundium*

1. Puerī lūdum petunt __________ (discere) causā.
2. Nautae ad __________ (nāvigāre) parātī sunt.
3. Numerōs et litterās discipulī __________ (computāre) et __________ (scrībere) discunt.
4. Magister fīnem __________ (scrībere) facit et epistulam tabellāriō trādit.
5. Iūlia __________ (lūdere) causā in hortum exit.
6. Iūlius fessus __________ (legere) librum clausit.
7. Mīlitēs Rōmānī, ducī pārentēs, ad __________ (pugnāre) parātī sunt.
8. In __________ (pugnāre) nūllus exercitus exercitū Rōmānō fortior est.

9. Mēdus in patriam __________ (nāvigāre) cupidus est.
10. Ars __________ (volāre) haud difficilis est, sed Īcarus, arbitrātus sē ad __________ (volāre) parātum esse, cōnsilium patris nōn audīvit, et in __________ (volāre) temerārius fuit.

**Exercitium tertium**

*Exemplum:* Daedalus cōnsilium excōgitāvit: fugiendō / fugiendī / in fugiendō.

1. Quīntus nescit artem: ad natandum / natandī / in natandō.
2. Sextus impiger est: computandum / computandī causā / in computandō.
3. Discipulī discunt: audiendō / audiendī / ad audiendum.
4. Cibus necessārius est: ad vīvendum / dē vīvendō / vīvendī.
5. Mēdus cupidus erat: ad fugiendum / fugiendī / fugiendō.
6. Mīlitēs ē castrīs exeunt: in pugnandō / pugnandī causā / pugnandī.
7. Iūlia fessa est: ad lūdendum / in lūdendō / lūdendō.
8. Discipulus sine stilō parātus nōn est: in scrībendō / scrībendī / ad scrībendum.
9. Mīlitēs Rōmānī fortissimī sunt: pugnandī / in pugnandō / pugnandī causā.
10. Discipulus discit sī cupidus est: discendō / discendī / ad discendum.

**Exercitium quārtum**

*Exemplum:* Mārcus magistrō piger (esse) vidētur.
= Magister Mārcum pigrum esse putat.

1. Mēdus Iūliō servus malus esse vidētur. =
2. Iūlia Aemiliae puella pulchra vidētur. =
3. Lingua Graeca discipulīs difficilior vidētur quam lingua Latīna. =
4. Īnsulae Īcarō magnae nōn vidēbantur. =
5. Diodōrus Sextō magister doctus vidētur. =
6. Thēseus Ariadnae pulcherrimus vidēbātur. =
7. Rōmānōrum ducī hostēs fugere videntur. =
8. Nāvis Mēdō celeriter ventīs vehī vidētur. =
9. Magister Mārcō rēctē scrībere nōn vidētur. =
10. Titus item Mārcō male scrīpsisse vidētur. =





11. Dāvus: "Iūlius mihi dominus sevērus nōn vidētur". = Dāvus: "... putō".
12. Quīntus: "Fābula dē Daedalō et Īcarō mihi omnium pulcherrima vidētur". =
13. Iūlia: "Rosae mihi līliīs pulchriōrēs videntur". =
14. Iūlius: "Nōnne tibi Mārcus puer improbus vidētur, Aemilia?" =
15. Aemilia: "Mārcus mihi peior cēterīs puerīs nōn vidētur". =

**Exercitium quīntum**

*Exemplum:* Magister Mārcum improbum esse putat.
= Mārcus magistrō improbus (esse) vidētur.

1. Aemilia Quīntum trīstem esse putat. =
2. Mēdus Iūlium dominum sevērum esse putat. =
3. Tabellārius canem ferōcem esse putat. =
4. Magister Sextum industrium ac prūdentem esse putat. =
5. Syra medicum stultum esse putat. =
6. Lȳdia ānulum gemmātum pulchriōrem esse putat quam ānulum sine gemmā. =
7. Syra Quīntum dormīre putat. =
8. Iūlius Mārcum humī iacuisse putat. =
9. Tabellārius canem catēnam rūpisse putat. =
10. Syra virōs prōmissa sua saepe oblīvīscī putat. =
11. Aemilia Iūlium fīliam habēre velle putat. =
12. Syra: "Mārcum cēterīs discipulīs peiōrem nōn esse putō". =
13. Syra: "Nōnne idem putās, Quīnte?" =
14. Quīntus: "Magister Mārcum pessimum discipulum esse putat". =
15. Diodōrus: "Mārcum pessimum omnium discipulōrum esse putō". =

**Exercitium sextum**

*Exemplum:* Mīnōtaurus ferōcissimus fuisse dīcitur.
= (Omnēs) dīcunt 'Mīnōtaurum ferōcissimum fuisse'.

*nōm. cum īnf. pōnitur apud* dīcitur *et* putātur

1. Mārcus piger esse dīcitur. =
2. Medicus stultus esse putātur. =
3. Thēseus Mīnōtaurum interfēcisse dīcitur. =
4. Mēdus pecūniam Iūliī sūmpsisse dīcitur. =

5. Daedalus labyrinthum aedificāvisse dīcitur. =
6. Mārcus mentītus esse putātur. =
7. (Omnēs) dīcunt 'mātrem fīliamque pulchrās esse'. =
8. (Omnēs) putant Īcarum temerārium fuisse. =
9. (Omnēs) dīcunt 'tabernāriōs dīvitēs esse'. =
10. (Omnēs) Mēdum pecūniam dominī habēre putant. =
11. (Omnēs) Iūlium Cornēliumque dominōs sevērōs esse putant. =
12. (Omnēs) dīcunt 'Mēdum amīcam Rōmae habēre'. =

## Exercitium septimum

*capiō -iunt*

1. capere, __________, __________
2. __________, __________, iūnctum
3. iuvāre, __________, __________
4. __________, fīxisse, __________
5. movēre, __________, __________
6. __________, __________, mersum
7. accidere, __________
8. __________, invēnisse, __________
9. __________, __________, ustum
10. __________, cōnsēdisse

*-ficiō -iunt*

11. -ficere, -__________, -__________

*-spiciō -iunt*

12. -spicere, -__________, -__________





# CAPITVLVM VICESIMVM SEPTIMVM

## Exercitium prīmum

| | |
|---|---|
| [1] -et | -ent |
| [2] -eat | -eant |
| [3] -at | -ant |
| [4] -iat | -iant |

*Exemplum:* Magister iubet discipulōs industriōs esse, tacēre et audīre, prīmum computāre, deinde sententiam scrībere.
= Magister imperat discipulīs ut industriī sint, taceant et audiant, prīmum computent, deinde sententiam scrībant.

1. Iūlius servum venīre iubet. =
2. Dux mīlitēs fortiter pugnāre iubet. =
3. Aemilia ancillās rosās sūmere et in aquā pōnere iubet. =
4. Iūlius colōnum mercēdem solvere iubet. =
5. Magister discipulōs surgere et stāre iubet. =
6. Daedalus Īcarum in mediō āere volāre iubet. =
7. Iūlius pāstōrem ovēs ab agrīs prohibēre iubet. =
8. Pāstor canem ovem nigram invenīre iubet. =
9. Iūlius servōs lectīcam vehere et saccōs portāre iubet. =
10. Iūlius pāstōrem lupum cavēre iubet. =

## Exercitium secundum

*praesēns coniūnctīvī āctīvī*

| | | |
|---|---|---|
| [1] | -em | -ēmus |
| | -ēs | -ētis |
| | -et | -ent |
| [2] | -eam | -eāmus |
| | -eās | -eātis |
| | -eat | -eant |
| [3] | -am | -āmus |
| | -ās | -ātis |
| | -at | -ant |
| [4] | -iam | -iāmus |
| | -iās | -iātis |
| | -iat | -iant |

| | |
|---|---|
| sim | sīmus |
| sīs | sītis |
| sit | sint |

1. Mēdus ā Lȳdiā postulat ut sēcum in Graeciam __________ (nāvigāre).
2. Lȳdia Chrīstum ōrat ut omnēs in nāve __________ (servāre): "Tē ōrō ut nōs __________ (servāre), Domine, neque flūctūs nāvem __________ (mergere)".
3. Gubernātor nautīs imperat ut mercēs in mare __________ (iacere) et aquam __________ (haurīre): "Vōbīs imperō ut mercēs in mare __________ (iacere) et aquam celeriter __________ (haurīre)".
4. Nautae: "Audīvistisne, amīcī? Gubernātor nōbīs imperat ut mercēs in mare __________ (iacere) et aquam __________ (haurīre)".
5. Mercātor: "Tē ōrō, Neptūne, ut mercēs meās __________ (servāre), neque in marī __________ (perdere)".
6. Mercātor Neptūnum ōrat ut mercēs suās __________ (servāre), neque in marī __________ (perdere).
7. Mēdus: "Tē moneō ut fortis _______ (esse), Lȳdia, et altōs flūctūs __________ (cavēre)".

8. Quīntus: "Magister mē monēre solet ut bene ___________ (computāre), pulchrē __________ (scrībere) et rēctē ___________ (respondēre), neque discipulus piger _______ (esse), ut Mārcus".
9. Magister: "Cūrā, Quīnte, ut bene __________ (computāre), pulchrē __________ (scrībere) et rēctē __________ (respondēre), neque discipulus piger _______ (esse), ut Mārcus".
10. Magister: "Vōs quoque, Sexte et Tite, moneō ut bene __________ (computāre), pulchrē __________ (scrībere) et rēctē __________ (respondēre), nēve discipulī pigrī _______ (esse). Cavēte igitur nē in scrībendō et computandō menda __________ (facere)".
11. Sextus et Titus: "Opus nōn est nōs monēre ut bene ___________ (computāre), pulchrē ___________ (scrībere) et rēctē __________ (respondēre), magister, quod discipulī pigrī nōn sumus".
12. Magister: "Vērum vōs quoque herī in lūdō dormīvistis et in viā pugnāvistis: cūrāte igitur nē posthāc in lūdō ____________ (dormīre), nēve in viā iterum __________ (pugnāre)".
13. Mārcus: "Ego vērō cūrābō ut magistrum minus sevērum __________ (habēre): ā patre postulābō ut mē ad alium magistrum __________ (mittere)".
14. Quīntus: "Nōlī stultē loquī, Mārce, sed cūrā ut melior discipulus _______ (esse), sīcut Diodōrus magister cūrāre solet ut nōs omnēs __________ (discere)".
15. Magister: "Sī vīs, postulā ut pater ad alium magistrum tē __________ (mittere), Mārce, quī item tē, ut discipulum pigrum, certē verberābit; ego vērō cūrābō ut pater tuus mercēdem dēbitam mihi __________ (solvere)".

**Exercitium tertium**

1. Medicus cūrat ut aegrī ___________ (sānāre).
2. Gubernātor imperat ut mercēs in mare ___________ (iacere) et aqua ___________ (haurīre).
3. Nautae labōrant nē nāvis flūctibus ___________ (mergere).
4. Dux: "Vōbīs imperō ut nocte ē castrīs ___________ (ēgredī), mīlitēs, neque ab hostibus ___________ (capere)".
5. Mīles ad aliōs mīlitēs: "Dux nōbīs imperat ut nocte ē castrīs ___________ (ēgredī), amīcī, neque ab hostibus _________ (capere)".

*praesēns coniūnctīvī passīvī*

| | | |
|---|---|---|
| [1] | -er | -ēmur |
| | -ēris | -ēminī |
| | -ētur | -entur |
| [2] | -ear | -eāmur |
| | -eāris | -eāminī |
| | -eātur | -eantur |
| [3] | -ar | -āmur |
| | -āris | -āminī |
| | -ātur | -antur |





6. Dux: "Cavēte nē ___________ (vidēre) nēve ___________ (audīre), mīlitēs".
7. Mīlitēs ad aliōs mīlitēs: "Audīvistisne, amīcī? Dux monet ut caveāmus nē ___________ (vidēre) nēve ___________ (audīre) ab hostibus".
8. Mēdus: "Ā tē postulō ut mēcum in Graeciam ___________ (proficīscī), Lȳdia".
9. Lȳdia: "Cūr ā mē postulās ut tēcum ___________ (proficīscī), Mēde?"
10. Mēdus: "Quia tē amō, et cūrō ut mēcum in patriā nostrā ___________ (laetārī)".
11. Dāvus: "Cūrā ut bene ___________ (lavāre), Mārce".
12. Mārcus: "Ego cūrābō ut bene ___________ (lavāre), tū vērō cūrā ut Quīntus ___________ (excitāre)".
13. Tabellārius: "Cavē, iānitor, nē canis ___________ (solvere), nēve ego ab eō ___________ (mordēre)".
14. Iānitor: "Ipse cavēre dēbēs nē ā cane ___________ (mordēre), amīce: nōnne legere scīs? Hīc scrīptum est: 'Cavē canem'".
15. Tabellārius: "Iānitōrum officium est cūrāre ut canēs ____________ (vincīre), neque tabellāriī, quī inimīcī nōn sunt, ā canibus ___________ (mordēre)".

**Exercitium quārtum**

*Exemplum:* Iūlius colōnōs monet: "Agrōs bene colite! Nōlīte neglegentēs esse!"
= Iūlius colōnōs monet <u>ut</u> agrōs bene col<u>ant</u> <u>nē</u>ve neglegentēs <u>sint</u>.

1. Iūlius servīs imperat: "Pāstōrem prehendite et tenēte!" =
2. Iūlius Dāvō imperat: "Mārcum ad lūdum comitāre!" =
3. Ā tē postulō, māter: "Mihi crēde!" =
4. Vōs moneō: "Industriē labōrāte, et dominō semper pārēte!" =
5. Iūlia patrem ōrat: "Venī in hortum! Nōlī proficīscī!" =
6. Tē ōrāmus, magister: "Nōlī nōs verberāre!" =
7. Vōs moneō, puerī: "Tacēte, ac mē audīte!" =
8. Magister ab Iūliō postulat: "Mārcum pūnī et mercēdem dēbitam solve!" =
9. Thēseus cīvēs monet: "Laetāminī! Nōlīte iam Mīnōtaurum timēre!" =

| | | |
|---|---|---|
| [4] | -iar | -iāmur |
| | -iāris | -iāminī |
| | -iātur | -iantur |

10. Daedalus Īcarum monet: "Nōlī temerārius esse!" =
11. Tē moneō, Quīnte: "Cautus estō! Nōlī Īcarum imitārī!" =
12. Vōs ōrō, māter et pater: "Nōlīte mē pūnīre! Nōlīte mē in cubiculum inclūdere!" =

### Exercitium quīntum

*acc. cum īnf. pōnitur apud:*
*verba* dīcendī
*verba* sentiendī
*verba* affectuum
*verba* voluntātis

voluntās -ātis *f.* < velle
affectus -ūs *m.*

ut / nē *cum coni. pōnitur apud:*
*verba* postulandī
*verba* cūrandī

Verba dīcendī (*dīcere*, et cēt.), verba sentiendī (*vidēre, audīre, sentīre; putāre, arbitrārī*, et cēt.), verba affectuum (*gaudēre, laetārī, dolēre*, et cēt.), verba voluntātis (*velle, nōlle, cupere; iubēre*) + *acc. et īnf.*

Verba postulandī et cūrandī (*postulāre, ōrāre, cūrāre, monēre, cavēre, imperāre, labōrāre, efficere, facere*, et cēt.) + *'ut' / 'nē' et coni.*

*Exempla:* Diodōrus dīcit ... – Mārcus piger est.
= Diodōrus dīcit 'Mārcum pigrum esse'.
Diodōrus monet ... – Mārcus piger nōn est.
= Diodōrus monet Mārcum nē piger sit.

| | |
|---|---|
| 1. Diodōrus monet ... | – Discipulī rēctē scrībunt. = |
| 2. Syra putat ... | – Medicus stultus est. = |
| 3. Quīntus audit ... | – Canis lātrat. = |
| 4. Magister postulat ... | – Mercēs ab Iūliō solvitur. = |
| 5. Mēdus vult ... | – Lȳdia in Graeciam proficīscitur. = |
| 6. Quīntus gaudet ... | – Medicus abiit. = |
| 7. Cīvēs laetantur ... | – Thēseus Mīnōtaurum necāvit. = |
| 8. Daedalus monet ... | – Īcarus nōn altē volat. = |
| 9. Ariadna efficit ... | – Thēseus labyrinthī exitum reperit. = |
| 10. Gubernātor imperat ... | – Mercēs in mare iaciuntur. = |
| 11. Iūlius vīdit ... | – Mārcus sordidus est. = |
| 12. Dux cavet ... | – Hostēs in castra nōn intrant. = |
| 13. Agricolae labōrant ... | – Agrī bene arantur. = |
| 14. Quīntus sentit ... | – Medicus pedem tangit. = |
| 15. Syra arbitrātur ... | – Omnēs virī prōmissa sua oblīvīscuntur. = |
| 16. Colōnus ōrat ... | – Dominus sevērus nōn est. = |
| 17. Magister iubet ... | – Discipulī sententiam scrībunt. = |
| 18. Quīntus dolet ... | – (Is [: Quīntus]) exīre nōn potest. = |
| 19. Iūlius monet ... | – Colōnī neglegentēs nōn sunt. = |
| 20. Aemilia nōn vult ... | – Iūlius Mārcum verberat. = |





### Exercitium sextum

*Exemplum:* Novus īnfāns līberōrum numerum auget: līberōrum numerus augētur (= crēscit).

1. Medicus Quīntum ________ (sānāre): Quīntus ________ (sānāre).
2. Mārcus vestem __________ (mūtāre). Mārcī vultūs color ________ (mūtāre).
3. Improbus vir silvam __________ (ūrere): silva ________ (ūrere).
4. Amor coniugum tempore nōn __________ (minuere), sed ________ (augēre): tempus amōrem coniugum nōn __________ (minuere), sed ________ (augēre).
5. Ovēs _________ (pāscere): pāstor ovēs _________ (pāscere).
6. Ventus nōn crēscit, sed ________ (minuere).
7. Aestāte agricolārum labor ________ (augēre).
8. Sōl Īcarī pennās ________ (ūrere): Īcarī pennae ________ (ūrere).

### Exercitium septimum

ubi? hīc illīc
quō? hūc illūc
unde? hinc illinc

ubi? rūrī, domī
quō? rūs, domum
unde? rūre, domō

*Exemplum:* Iūlius ex vīllā rūs it. Nunc Iūlius iam rūrī est, sed post duās hōrās rūre ad vīllam redībit.

1. Iūlia: "Quō it tata? Cūr nōn h_____ manet et mēcum in hortō lūdit?"
2. Aemilia: "Pater dom_____ exit et Rōmam it, quod ill_____ negōtia cūrāre dēbet".
3. Iūlia: "Sed nūper Rōmā (= ill_____) h_____ (= dom____) vēnit. Cūr iterum proficīscitur? Quandō redībit?"
4. Aemilia: "Post trēs diēs pater ill_____ dom____ revertētur".
5. Iūlia: "... Et dom____ simul lūdere poterimus!"
6. Aemilia: "Etiam r_____ īre poteritis; sed r_____ dom____ redīre oportēbit ante vesperum".
7. Iūlia: "R____ plūrēs flōrēs sunt quam h____, in hortō. Tū quoque ill____ mē comitāre, mamma!"
8. Aemilia: "H____ manēre oportet, mea Iūlia, quod dom____ multa negōtia mihi sunt".
9. Iūlia: "Sed ill_____ etiam multae avēs esse solent, quae pulchrē canunt. Praetereā r____ (= ill____) ante vesperum h____ (= dom___) redībimus, ac tibi, negōtia cūrantī, auxilium dabō".

10. Aemilia: "Ergō fortasse r_____ vōs comitābor; sed nunc nōlī h____ manēre: patrem, quī profectūrus est, salūtātum ī!"

**Exercitium octāvum**

1. quiēscere, __________
2. __________, dēsiisse
3. __________, __________, sparsum
4. __________, rapuisse, __________ *rapiō -iunt*
5. neglegere, __________, __________
6. __________, __________, dīmissum
7. crēscere, __________
8. __________, nocuisse
9. prōdesse, __________ *prō-sum -sumus -sunt -sim -sīs -sit ...*
10. poscere, __________
11. ūtī, __________





## CAPITVLVM DVODETRICESIMVM

**Exercitium prīmum**

*Exemplum:* Magister iussit discipulōs industriōs esse, tacēre et audīre, prīmum computāre, deinde sententiam scrībere.
= Magister imperāvit discipulīs ut industriī essent, tacērent et audīrent, prīmum computārent, deinde sententiam scrīberent.

[1] -āret -ārent
[2] -ēret -ērent
[3] -eret -erent
[4] -īret -īrent

1. Iūlius servum venīre iussit. =
2. Dux mīlitēs fortiter pugnāre iussit. =
3. Aemilia ancillās rosās sūmere et in aquā pōnere iussit. =
4. Iūlius colōnum mercēdem solvere iussit. =
5. Magister discipulōs surgere et stāre iussit. =
6. Daedalus Īcarum in mediō āere volāre iussit. =
7. Iūlius pāstōrem ovēs ab agrīs prohibēre iussit. =
8. Pāstor canem ovem nigram invenīre iussit. =
9. Iūlius servōs lectīcam vehere et saccōs portāre iussit. =
10. Iūlius pāstōrem lupum cavēre iussit. =

**Exercitium secundum**

1. Mēdus ā Lȳdiā postulāvit ut sēcum in Graeciam __________ (nāvigāre).
2. Lȳdia Chrīstum ōrāvit ut omnēs in nāve __________ (servāre): "Tē ōrāvī ut nōs ________ (servāre), Domine, neque flūctūs nāvem __________ (mergere)".
3. Gubernātor nautīs imperāvit ut mercēs in mare __________ (iacere) et aquam _________ (haurīre): "Vōbīs imperāvī ut mercēs in mare ___________ (iacere) et aquam celeriter __________ (haurīre)".
4. Nautae: "Audīvistisne, amīcī? Gubernātor nōbīs imperāvit ut mercēs in mare __________ (iacere) et aquam __________ (haurīre)".
5. Mercātor: "Tē ōrāvī, Neptūne, ut mercēs meās _________ (servāre), neque in marī _________ (perdere)".
6. Mercātor Neptūnum ōrāvit ut mercēs suās _________ (servāre), neque in marī _________ (perdere).
7. Mēdus: "Tē monuī ut fortis ______ (esse), Lȳdia, et altōs flūctūs _________ (cavēre)".

*imperfectum coniūnctīvī āctīvī*

| | | |
|---|---|---|
| [1] | -ārem | -ārēmus |
| | -ārēs | -ārētis |
| | -āret | -ārent |
| [2] | -ērem | -ērēmus |
| | -ērēs | -ērētis |
| | -ēret | -ērent |
| [3] | -erem | -erēmus |
| | -erēs | -erētis |
| | -eret | -erent |
| [4] | -īrem | -īrēmus |
| | -īrēs | -īrētis |
| | -īret | -īrent |

essem essēmus
essēs essētis
esset essent

8. Quīntus: "Magister mē monēre solēbat ut bene ________ (computāre), pulchrē __________ (scrībere) et rēctē __________ (respondēre), neque discipulus piger _______ (esse), ut Mārcus".
9. Magister: "Tē monuī, Quīnte, ut bene __________ (computāre), pulchrē __________ (scrībere) et rēctē __________ (respondēre), neque discipulus piger _______ (esse), ut Mārcus".
10. Magister: "Vōs quoque, Sexte et Tite, monuī ut bene ___________ (computāre), pulchrē ___________ (scrībere) et rēctē ___________ (respondēre), nēve discipulī pigrī _______ (esse)".
11. Sextus et Titus: "Opus nōn erat nōs monēre ut bene ___________ (computāre), pulchrē ___________ (scrībere) et rēctē ___________ (respondēre), magister, quod discipulī pigrī nōn sumus".
12. Magister: "Vērum vōs quoque in lūdō dormīverātis et in viā pugnāverātis: ob hanc rem vōs monuī nē posthāc in lūdō __________ (dormīre), nēve in viā iterum __________ (pugnāre)".
13. Mārcus: "Ego vērō cūrāvī ut magistrum minus sevērum _________ (habēre): ā patre postulāvī ut mē ad alium magistrum _________ (mittere)".
14. Quīntus: "Stultē locūtus es, Mārce: cūrāre dēbēbās ut melior discipulus _______ (esse)".

## Exercitium tertium

1. Iūlius cūrāvit ut medicus Tūsculō ____________ (arcessere).
2. Gubernātor imperāverat ut mercēs in mare ___________ (ēicere) et aqua ___________ (haurīre).
3. Nautae labōrābant nē nāvis flūctibus ___________ (mergere).
4. Lȳdia: "Cūr ā mē postulāvistī ut tēcum _____________ (proficīscī), Mēde?"
5. Mēdus: "Quia tē amō, et cūrāvī ut mēcum in patriā nostrā ___________ (laetārī)".
6. Tabellārius: "Cūr nōn cūrāvistī, iānitor, nē canis _____________ (solvere), nēve ego ā cane ____________ (mordēre)?".
7. Iānitor: "Ipse cavēre dēbēbās nē ā cane ___________ (mordēre), amīce: nōnne legere scīs? Hīc scrīptum est: 'Cavē canem'".

*imperfectum coniūnctīvī passīvī*

| | | |
|---|---|---|
| [1] | -ārer | -ārēmur |
| | -ārēris | -ārēminī |
| | -ārētur | -ārentur |
| [2] | -ērer | -ērēmur |
| | -ērēris | -ērēminī |
| | -ērētur | -ērentur |
| [3] | -erer | -erēmur |
| | -erēris | -erēminī |
| | -erētur | -erentur |
| [4] | -īrer | -īrēmur |
| | -īrēris | -īrēminī |
| | -īrētur | -īrentur |





8. Dux: "Vōbīs imperāvī ut nocte ē castrīs ____________ (ēgredī), mīlitēs, nēve hostēs advenientēs ____________ (verērī). Vōs etiam monuī nē ____________ (vidēre) nēve ____________ (audīre) ab hostibus".
9. Mīlitēs ad aliōs mīlitēs: "Audīvistisne? Dux nōbīs imperāvit ut nocte ē castrīs ____________ (ēgredī), nēve hostēs ____________ (verērī). Nōs etiam monuit nē ____________ (vidēre) nēve ____________ (audīre) ab hostibus".
10. Daedalus Īcarum monuit ut avēs in volandō ____________ (imitārī), ac sē ____________ (sequī).
11. Daedalus maerēns: "Tē monuī ut avēs ____________ (imitārī), fīlī mī, et mē ____________ (sequī). Cūr prope Sōlem volāvistī?"
12. Ariadna lacrimāns: "Cūr mihi persuāsistī ut patriam meam ____________ (oblīvīscī) et tēcum Naxum __________ (vehere), improbe Thēseu?"
13. Agricolae cūrābant ut agrī ___________ (arāre) et frūmentum ___________ (serere).
14. Iūlius imperāvit ut pāstor nēquam ___________ (pūnīre), neque ovēs iterum ____________ (neglegere).

## Exercitium quārtum

*Exemplum:* Iūlius colōnōs monuit: "Agrōs bene colite! Nōlīte neglegentēs esse!"
= Iūlius colōnōs monuit ut agrōs bene colerent nēve neglegentēs essent.

1. Iūlius servīs imperāvit: "Pāstōrem prehendite et tenēte!" =
2. Iūlius Dāvō imperāvit: "Mārcum ad lūdum comitāre!" =
3. Ā tē postulāvī, māter: "Mihi crēde!" =
4. Vōs monuī: "Industriē labōrāte, et dominō semper pārēte!" =
5. Iūlia patrem ōrābat: "Venī in hortum! Nōlī proficīscī!" =
6. Tē ōrāvimus, magister: "Nōlī nōs verberāre!" =
7. Vōs monuī, puerī: "Tacēte ac mē audīte!" =
8. Magister Iūlium rogāvit: "Mārcum pūnī et mercēdem dēbitam solve!" =
9. Thēseus cīvēs monuit: "Laetāminī! Nōlīte iam Mīnōtaurum timēre!" =
10. Daedalus Īcarum monuit: "Nōlī temerārius esse!" =
11. Tē monuī, Quīnte: "Cautus estō! Nōlī Īcarum imitārī!" =

12. Vōs ōrāvī, māter et pater: "Nōlīte mē pūnīre! Nōlīte mē in cubiculum inclūdere!" =

coniūnctīvus post ut, nē *fīnāle*

(fīnālis -e < *fīnis* [fīnis -is *m.*: id cuius causā aliquid fit])

*post praes. et fut.:* praes. coniūnctīvī

*post imperf., perf. et plūsquamperf.:* imperf. coniūnctīvī

**Exercitium quīntum**

*Exempla:* Dāvus clāmat, quia puerum excitāre vult.
= Dāvus clāmat, ut puerum excitet.
Syra tacet, quia Quīntum excitāre nōn vult.
= Syra tacet, nē Quīntum excitet.
Dāvus clāmāvit, quia puerum excitāre volēbat.
= Dāvus clāmāvit, ut puerum excitāret.
Syra tacēbat, quia Quīntum excitāre nōlēbat.
= Syra tacēbat, nē Quīntum excitāret.

1a. Ancilla in hortum exit, quia puerōs vocāre vult. =
1b. Ancilla in hortum exiit, quia puerōs vocāre volēbat. =
2a. Mēdus Albīnī tabernam petit, quia ānulum emere vult. =
2b. Mēdus Albīnī tabernam petīverat, quia ānulum emere volēbat. =
3a. Syra fābulam dē Daedalō et Īcarō nārrat, quia Quīntum monēre vult. =
3b. Syra fābulam dē Daedalō et Īcarō nārrāvit, quia Quīntum monēre volēbat. =
4a. Quīntus in arborem nunc ascendit, quia nīdum capere vult. =
4b. Quīntus in arborem ascenderat, quia nīdum capere volēbat. =
5a. Dāvus tacet, quia servum absentem accūsāre nōn vult. =
5b. Dāvus tacēbat, quia servum absentem accūsāre nōlēbat. =
6a. Mēdus in Graeciam proficīscitur, quia dominō sevērō servīre nōn vult. =
6b. Mēdus in Graeciam profectus est, quia dominō sevērō servīre nōlēbat. =
7a. Pāstor ovem in silvā quaerit, quia pūnīrī nōn vult. =
7b. Pāstor ovem in silvā quaerēbat, quia pūnīrī nōlēbat. =
8a. Sextus magistrum attentē audit, quia reprehendī nōn vult. =
8b. Sextus magistrum attentē audiēbat, quia reprehendī nōlēbat. =
9a. Bonī discipulī numerōs et litterās discunt, quia indoctī esse nōlunt. =
9b. Bonī discipulī numerōs et litterās discēbant, quia indoctī esse nōlēbant. =





10a. Linguam Latīnam discimus, quia librōs antīquōs legere volumus. =
10b. Linguam Latīnam didicimus, quia librōs antīquōs legere volēbāmus. =

**Exercitium sextum**

*post praes. et fut.:* praes. coniūnctīvī

*post imperf., perf. et plūsquamperf.:* imperf. coniūnctīvī

*Exempla:* Pater fīliōs monet ut probī sint.
Pater fīliōs monuit ut probī essent.

1. Gubernātor Mēdum monet nē Lȳdiae ________ (crēdere).
2. Thēseus in labyrinthum intrāvit ut Mīnōtaurum ________ (occīdere).
3. Iūlius medicum arcessit ut Quīntum ________ (sānāre).
4. Daedalus ālās cōnfēcit ut ē labyrinthō ________ (ēvolāre).
5. Dux mīlitibus imperat ut fortiter ________ (pugnāre), neque hostēs ________ (timēre).
6. Tabellārius iānitōrem monuerat ut canis ________ (vincīre).
7. Syra Quīntum monet ut patientiam ________ (habēre), neque ē lectō ________ (surgere).
8. Mēdus Lȳdiae persuāsit ut sēcum in Graeciam ________ (proficīscī).
9. Iūlius Mārcō imperāvit nē iterum ________ (mentīrī), nēve in viā ________ (pugnāre).
10. Gubernātor Mēdum Lȳdiamque monuit nē sē extrā perīculum esse ________ (cēnsēre).
11. Magistrī officium est cūrāre ut litterae et numerī ā discipulīs ________ (discere).
12. Ariadna Thēseum monuerat ut fīlum ________ (sequī), atque ita labyrinthī exitum ________ (invenīre).
13. Mēdus efficiet ut Lȳdia in Graeciā ________ (laetārī), novāsque amīcās ________ (habēre).
14. Ariadna magnā vōce clāmāns Thēseum ōrāvit nē sē ________ (dēserere).
15. Syra fābulās Quīntō nārrat nē trīstis ____ (esse), nēve Īcarī exemplum ________ (imitārī).

**Exercitium septimum**

*post praes. et fut.:* praes. coniūnctīvī

*post imperf., perf. et plūsquamperf.:* imperf. coniūnctīvī

*Exempla:* Iēsūs ________ (efficere) ut surdī audiant.
= Iēsūs *efficit / efficiet* ut surdī audiant.
Iēsūs ________ (efficere) ut surdī audīrent.
= Iēsūs *efficiēbat / effēcit / effēcerat* ut surdī audīrent.

1. Lupus ________ (fugere), nē ā cane mordeātur.
2. Iūlius Rōmam ______ (īre) ut negōtia urbāna cūret.
3. Iūlius agrōs __________ (petere) ut agricolās dē vīneīs et frūmentō interrogāret.
4. Quotannīs adulēscentēs Athēnīs in Crētam __________ (mittere), ut ā Mīnōtaurō vorārentur.
5. Iūlia in hortum ________ (exīre) ut rosās carpat.
6. Līberī in hortum _________ (īre) ut nīdōs quaererent.
7. Epistula ā magistrō ____________ (scrībere) ut Iūlius dē mercēde dēbitā monērētur.
8. Pāstor ovēs suās ab agrīs __________ (prohibēre), nē ā dominō pūniātur.
9. Colōnī ā dominō __________ (monēre) ut industriē labōrent.
10. Mēdus Mārcum ad lūdum __________ (comitārī), nē in viā cum aliīs puerīs pugnāret.
11. Mēdus Lȳdiae __________ (persuādēre) ut sēcum in Graeciam proficīscerētur.
12. Pāstor _________ (cūrāre) nē ovis nigra ā lupō raperētur.
13. Ōrnāmenta ā virīs __________ (emere) ut fēminae laetentur.
14. Daedalus Īcarum _________ (monēre) nē prope Sōlem volāret.
15. Epistulae ab Iūliō ___________ (scrībere) ut Aemiliae pulchritūdō laudārētur.

*post praes. et fut.:* praes. coniūnctīvī

*post imperf., perf. et plūsquamperf.:* imperf. coniūnctīvī

**Exercitium octāvum**

*Exemplum:* Quīntus ā Syrā *postulat* ut fābulam nārret.
= Quīntus ā Syrā *postulābat / postulāvit / postulāverat* ut fābulam nārrāret.

1. Iūlius agricolās monet ut opus suum cūrent. =
2. Magister discipulīs imperat ut tabulās prōmant et sententiam scrībant. =
3. Pāstor cūrat nē ovēs in agrōs intrent. =
4. Nautae deōs ōrant ut nāvem servent, neque mergant. =
5. Iānitor tabellārium monet nē accēdat. =
6. Syra Quīntum monet ut dormiat. =
7. Iūlius Quīntō imperat nē mentiātur. =
8. Colōnus dominum ōrat nē sevērus sit. =
9. Ariadna cūrat ut Thēseus ē labyrinthō ēgrediātur. =





10. Albīnus Mēdum rogat ut pecūniam solvat. =
11. Iūlia patrem ōrat nē Rōmam proficīscātur. =
12. Ariadna Thēseum monet ut fīlum sequātur. =
13. Syra Quīntum monet nē Thēseum imitētur. =
14. Ancillae dominam rogant ut in hortum veniat. =
15. Pāstor efficit ut ovēs ab agrīs agantur. =

**Exercitium nōnum**

*XV menda quaere, quae sunt in sententiīs quae sequuntur.*

*Exemplum:* Syra monet puerōs ut probī ~~essent~~. *sint*

Agricolae in agrīs labōrant ut pecūniam acciperent: cūrant enim ut agrī bene colantur et frūmentum mātūrum mēnse Augustō meterētur. Ante ūnum annum dominus colōnīs imperāvit ut vītēs probē cūrārent neque neglegentēs sint, quod vīnum bonum bibere cupiēbat. Sed imber et frīgus vītibus nocuērunt, neque colōnī tunc efficere potuērunt ut vīnum bonum sit.

Sed hōc annō sōl et calor efficient ut vīnum bonum sit. Nōn idem dīcī potest dē frūmentō: parum enim aquae est et, quamquam agricolae cūrant ut agrī rigārentur, herba sicca est. Saepe Iūlius dīcit: "Nōlīte pigrī esse, colōnī! Labōrāte ut frūmentum bonum habeāmus! Sī parum aquae est, vōbīs imperō ut rīvum peterētis et aquam ē rīvō hauriātis. Necesse est agrōs rigāre ut frūmentum crēsceret". Agricolās saepe monēre oportet, ut officium suum cūrārent.

Ante ūnum annum, pāstōre dormiente, ovis silvam petīvit. Sed pāstor cūrāvit nē ā lupō vorētur: in silvam intrāvit, ovem quaesīvit atque invēnit; tum canī imperāvit ut in lupum, quī ovem petēbat, impetum faciat. Hōc modō pāstor cūrāvit nē ovis ā lupō raperētur. Tunc dominus īrātus, nē pāstor officium suum iterum neglegat, imperāvit ut prehenderētur et teneātur: eum enim verberāre volēbat. Pāstor autem, verbera exspectāns, dominum ōrābat nē inhūmānus esset, nēve sē verberet. Simul vērō ovēs in agrōs aberrābant, et frūmentum immātūrum carpēbant. Agricolae clāmantēs ovibus imperāvērunt ut ex agrīs exīrent, Iūliusque, haec vidēns, pāstōrī imperāvit ut officium suum faciat.

Sīc quī probē cūrat officium suum laudātur, neque cavēre dēbet nē verberārētur.

**Exercitium decimum**

ēiciō -iunt

per-eō -eunt

morior -iuntur

1. discere, __________
2. __________, dīvīsisse, __________
3. __________, __________, ēiectum
4. surgere, __________
5. __________, periisse
6. prōmere, __________, __________
7. vīvere, __________
8. __________, persuāsisse
9. nāscī, __________
10. __________, mortuum





# CAPITVLVM VNDETRICESIMVM

**Exercitium prīmum**

*coniūnctīvus post ut fīnāle*

*Exemplum:* Syra fābulam dē Īcarō nārrat, quia Quīntum monēre vult.
= Syra fābulam dē Īcarō nārrat ut Quīntum moneat.

1. Mēdus ē vīllā abit, quia amīcam vidēre vult. =
2. Polycratēs ānulum abiēcit, quia deōrum invidiam āvertere volēbat. =
3. Mercātōrēs nāvigant, quia pecūniam facere volunt. =
4. Iūlius rūs petīvit, quia cum colōnīs suīs loquī volēbat. =
5. Magister epistulam ad Iūlium mīsit, quia mercēdem accipere volēbat. =
6. Ex urbe ēgredimur, quia rūrī ambulāre volumus. =
7. Lūdum petitis, quia litterās et numerōs discere vultis. =
8. Daedalus ālās cōnfēcit, quia ē labyrinthō ēvolāre volēbat. =
9. Rēgēs ex Oriente in Iūdaeam vēnērunt, quia Chrīstum adōrāre volēbant. =
10. Linguam Latīnam discis, quia librōs antīquōs legere vīs. =

**Exercitium secundum**

*coniūnctīvus post ut cōnsecūtīvum* (< cōn-sequī)

*Exempla:* Nēmō tam stultus est ut haec nōn *intellegat.*
Īnfāns ita vāgit ut māter *excitētur.*
Tanta erat rēgis potestās ut omnēs eum *timērent.*

1a. Īcarus tam temerārius est ut prope Sōlem vol______.
1b. Īcarus tam temerārius erat ut prope Sōlem vol______.
2a. Quīntus ita aegrōtābat ut ē lectō nōn surg______.
2b. Quīntus ita aegrōtat ut ē lectō nōn surg______.
3a. Iānitōris canis tam ferōx erat ut catēnam rump______.
3b. Iānitōris canis tam ferōx est ut catēnam rump______.
4a. Tantus erat Mīnōtaurī timor ut omnēs Athēniēnsēs fugere cōn________.
4b. Tantus est Mīnōtaurī timor ut omnēs Athēniēnsēs fugere cōn________.
5a. Aemilia tam pulchra est ut eius pulchritūdō ab omnibus laud_______.
5b. Aemilia tam pulchra erat ut eius pulchritūdō ab omnibus laud_______.

6a. Colōnus ita opus suum neglegēbat ut ab Iūliō reprehend________.
6b. Colōnus ita opus suum neglegit ut ab Iūliō reprehend________.
7a. Discipulī tam pigrī sunt ut in lūdō dorm________.
7b. Discipulī tam pigrī erant ut in lūdō dorm________.
8a. Mīlitēs Rōmānī tam fortiter pugnant ut ab hostibus tim________.
8b. Mīlitēs Rōmānī tam fortiter pugnābant ut ab hostibus tim________.
9a. Nox ita obscūra est ut nihil cern________.
9b. Nox ita obscūra erat ut nihil cern________.
10a. Tantus est praedōnum numerus ut omnēs eōs tim_______.
10b. Tantus erat praedōnum numerus ut omnēs eōs tim_______.

*coniūnctīvus post:*
ut nōn *cōnsecūtīvum*
nē *fīnāle*

### Exercitium tertium

*Exempla:* Mārcus stultus est. Magistrum nōn intellegit.
= Mārcus tam stultus est <u>ut</u> magistrum <u>nōn</u> intellegat.
Colōnus agrōs colit. Pauper esse nōn vult.
= Colōnus agrōs colit, <u>nē</u> pauper sit.

1a. Ovis in silvā perterrita est. Sē nōn movet. =
1b. Ovis in silvā perterrita erat. Sē nōn movēbat. =
2a. Quīntus aeger est. Ē lectō surgere nōn potest. =
2b. Quīntus aeger erat. Ē lectō surgere nōn poterat. =
3a. Mēdus ē vīllā fugit. Dominō servīre nōn vult. =
3b. Mēdus ē vīllā fūgit. Dominō servīre nōlēbat. =
4a. Thēseus Crētam petit. Athēniēnsēs ā Mīnōtaurō vorārī nōn vult. =
4b. Thēseus Crētam petīvit. Athēniēnsēs ā Mīnōtaurō vorārī nōlēbat. =
5a. Arīōn in mare dēsilit. Ā nautīs interficī nōn vult. =
5b. Arīōn in mare dēsiluit. Ā nautīs interficī nōlēbat. =
6a. Servī fessī sunt. Saccōs iam nōn portant. =
6b. Servī fessī erant. Saccōs iam nōn portābant. =
7a. Iūlia trīstis est. Ē cubiculō nōn exit. =
7b. Iūlia trīstis erat. Ē cubiculō nōn exībat. =
8a. Nautae mercēs ē nāve ēiciunt. Nāvem mergī nōlunt. =
8b. Nautae mercēs ē nāve ēiciēbant. Nāvem mergī nōlēbant. =
9a. Pāstor ovēs cūrat. Eās ā lupō rapī nōn vult. =
9b. Pāstor ovēs cūrābat. Eās ā lupō rapī nōlēbat. =





10a. Mīlitēs Rōmānī fortēs sunt. Hostēs nōn timent. =
10b. Mīlitēs Rōmānī fortēs erant. Hostēs nōn timēbant. =

### Exercitium quārtum

*post praes. et fut.:*
praes. coniūnctīvī
*post imperf., perf. et plūsquamperf.:*
imperf. coniūnctīvī

*Exempla:* **Iūlius:** "Ubi est Mārcus? Estne in cubiculō?"
= **Iūlius** interrogat (nescit) ubi Mārcus <u>sit</u> / num Mārcus **in cubiculō** <u>sit</u>.
= **Iūlius** interrogāvit (nesciēbat) ubi Mārcus <u>esset</u> / num **Mārcus** in cubiculō <u>esset</u>.

1. Quīntus: "Cūr Mārcus clāmat?"
 a. Quīntus interrogat . . .
 b. Quīntus interrogāvit . . .
2. Iūlius: "Ubi est Iūlia?"
 a. Iūlius nescit . . .
 b. Iūlius nesciēbat . . .
3. Iūlius: "Valetne Quīntus?"
 a. Iūlius interrogat num . . .
 b. Iūlius interrogāverat num . . .
4. Aemilia: "Quid faciunt līberī in hortō?"
 a. Aemilia nescit . . .
 b. Aemilia nesciēbat . . .
5. Lȳdia: "Quis est Polycratēs?"
 a. Lȳdia nescit . . .
 b. Lȳdia nesciēbat . . .
6. Iūlius: "Cūr tabulam Sextī habēs, Mārce?"
 a. Iūlius Mārcum interrogat . . .
 b. Iūlius Mārcum interrogāvit . . .
7. Iūlia: "Cūr pater semper Rōmam proficīscitur?"
 a. Iūlia nescit . . .
 b. Iūlia nesciēbat . . .
8. Aemilia: "Ubi est Iūlia, et quid facit?"
 a. Aemilia interrogat . . .
 b. Aemilia interrogāvit . . .
9. Magister: "Audītisne, discipulī?"
 a. Magister nescit num . . .
 b. Magister nesciēbat num . . .
10. Magister: "Habēsne librum, Mārce?"
 a. Magister Mārcum interrogat num . . .
 b. Magister Mārcum interrogāvit num . . .

## Exercitium quīntum

*praes. et imperf. coniūnctīvī*

1. Mārcus nescit ubi stilus suus s___, ergō Quīntum interrogat: "Vidēsne stilum meum?" Mārcus Quīntum interrogat num stilum suum vid_____.
2. Magister Mārcum interrogat cūr stilum nōn hab_____. Mārcus nihil respondet.
3. Magister: "Audīsne, Mārce? Modo tē interrogāvī cūr stilum nōn hab_____".
4. Magister nescit utrum Mārcus aud_____ an nōn; ergō maiōre vōce eum iterum interrogat: "Ubi est stilus tuus, Mārce?" Magister Mārcum interrogat ubi s___ stilus eius.
5. Mārcus nescit quid dīc_____, et tacet.
6. Sextus et Titus: "Nōnne audīs, Mārce? Magister tē interrogāvit num scī_____ ubi es_____ stilus tuus. Cūr nōn respondēs?"
7. Mārcus, quī sē stilum in pugnā āmīsisse nunc reminīscitur, sē interrogat utrum vērum dīc_____ an tac_____. Interim Sextus et Titus eum dērīdent.

reminīscī ↔ oblīvīscī

8. Magister: "Cūr rīdētis, Sexte et Tite? Habētisne stilum Mārcī?" Magister Sextum et Titum interrogat cūr rīd_____ et num stilum Mārcī hab_____.
9. Magister Sextum et Titum interrogābat cūr rīd_____ et num stilum Mārcī hab_____; simul vērō parvā vōce Quīntus aliquid Mārcō dīxit.
10. Quīntus: "Magister! Ego sciō cūr Mārcus stilum nōn hab_____: herī canis ferōx in eum impetum fēcit, et eius stilum rapuit. Mārcus hoc nōn dīxit, quod eum pudēbat".

## Exercitium sextum

*coniūnctīvus <u>dubitātīvus</u>* (< dubitāre)

*Exemplum:* Vir turbātus exclāmat: "Quid fac<u>iam</u>? Quid spē<u>rem</u>?" Vir turbātus nescit quid fac<u>iat</u> aut quid spēr<u>et</u>.

1. Mārcus ē lūdō rediēns sē interrogat: "Quid parentibus nārr____? Quōmodo mē in viā pugnāvisse occult____?" Mārcus nescit quid parentibus nārr____ et quōmodo sē in viā pugnāvisse occult____.
2. Nautae ad gubernātōrem: "Quid faci_____, gubernātor? Ā quō auxilium pet_____?"
3. Iūlius: "Quid nunc ag_____? Utrum mercēdem magistrō solv____ an epistulam ad eum mitt____?" Iūlius nescit quid ag____: utrum mercēdem magistrō solv____ an epistulam ad eum mitt____.





4. Lȳdia sē interrogat: "Quid fac____? Utrum cum Mēdō, virō fallācī, reman____ et eum in Graeciam sequ____, an Rōmam sine eō red____?"
5. Aegeus: "Quōmodo sine fīliō meō vīv____? Ā quō deō auxilium invoc____?" Aegeus nescit quōmodo sine Thēseō vīv____, atque ā quō deō auxilium invoc____.
6. Ariadna maesta queritur: "Quid ag____? Utrum dē altō saxō in mare mē iaci____ an deōrum auxilium spēr____?"

## Exercitium septimum

*coniūnctīvus post*
(1) cum <u>*nārrātīvum*</u> (< nārrāre)
(2) cum <u>*causāle*</u> (< causa)

1. Mārcus, cum Quīntum in terrā ut mortuum iacentem vid______, patrem vocāvit.
2. Cum Albīnus "Ōrnāmenta, ōrnāmenta fēminārum!" clām______, Mēdus et Lȳdia ad eius tabernam accessērunt.
3. Iānitor, cum dorm______, tabellārium ōstium pulsantem nōn audiēbat.
4. Cum Quīntus in lectō aeger iac______, Syra fābulās eī nārrābat.
5. Cum nāvis ventō secundō nāvig______, omnēs nautae laetābantur.
6. Cum Lȳdia Iēsū facta dictaque leg______, Mēdus attentē audiēbat.
7. Īcarus, cum multās īnsulās īnfrā sē cōnspic______, gaudēbat.
8. Cum Iēsūs super mare ambul______, discipulī timuērunt.
9. Mēdus, cum ā Lȳdiā fūrtī accūs______, sē excūsāre cōnābātur.
10. Cum eius mercēs ē nāve ēic______, mercātor trīstis erat.
11. Gubernātor, cum mercātōrem trīstem esse animadvert______, eum cōnsōlārī cōnātus est.
12. Cum pāstor ovēs ab agrīs prohibēre cōn______, Iūlius rīdēbat.

## Exercitium octāvum

*coniūnctīvus post* cum

*Exempla:* Iūlia, <u>cum</u> proba <u>sit</u> (esse), ab omnibus *amātur.*
Iūlia, <u>cum</u> proba <u>esset</u> (esse), ab omnibus *amābātur.*

*post praes. et fut.:* praes. coniūnctīvī
*post imperf., perf. et plūsquamperf.:* imperf. coniūnctīvī

1a. Sextus, cum industrius ______ (esse), ā magistrō laudātur.
1b. Sextus, cum industrius ______ (esse), ā magistrō laudābātur.
2a. Cum pāstor in umbrā __________ (dormīre), ovis nigra in silvam intrat.

2b. Cum pāstor in umbrā __________ (dormīre), ovis nigra in silvam intrāvit.
3a. Īcarus, cum prope Sōlem __________ (volāre), in mare cecidit.
3b. Īcarus, cum prope Sōlem __________ (volāre), in mare cadit.
4a. Thēseus, cum fīlum __________ (habēre), ē labyrinthō exīre poterat.
4b. Thēseus, cum fīlum __________ (habēre), ē labyrinthō exīre potest.
5a. Cum tabellārius ōstium valdē __________ (pulsāre), iānitor ē somnō excitātur.
5b. Cum tabellārius ōstium valdē __________ (pulsāre), iānitor ē somnō excitātus est.
6a. Orpheus, cum pulchrē __________ (canere), ferās allicere solēbat.
6b. Orpheus, cum pulchrē __________ (canere), ferās allicere solet.
7a. Cum Mārcum ōstium percutientem ________ (audīre), Quīntus Syram interrogāvit quid fieret.
7b. Cum Mārcum ōstium percutientem ________ (audīre), Quīntus Syram interrogat quid fīat.
8a. Mercātor, cum nautās mercēs ē nāve ēicientēs __________ (intuērī), trīstis est.
8b. Mercātor, cum nautās mercēs ē nāve ēicientēs __________ (intuērī), trīstis erat.
9a. Mēdus, cum ā Lӯdiā fūrtī __________ (accūsāre), sē excūsāre cōnātur.
9b. Mēdus, cum ā Lӯdiā fūrtī __________ (accūsāre), sē excūsāre cōnābātur.
10a. Colōnus, cum ab Iūliō ____________ (reprehendere) neque tamen ____________ (verberāre), dominum sevērum eum esse cēnset, neque inhūmānum.
10b. Colōnus, cum ab Iūliō ____________ (reprehendere) neque tamen ____________ (verberāre), dominum sevērum eum esse cēnsēbat, neque inhūmānum.

**Exercitium nōnum**

*coniūnctīvus post* cum

*post praes. et fut.:* praes. coniūnctīvī

***Exempla:*** Iūlia *cum* proba *sit*, ab omnibus am<u>ātur</u> (amāre).
Iūlia *cum* proba *esset*, ab omnibus am<u>ābātur</u> (amāre).





*post imperf., perf. et plūsquamperf.:* imperf. coniūnctīvī

1a. Cum pāstor officium suum neglegat, ovēs in agrōs __________ (aberrāre).
1b. Cum pāstor officium suum neglegeret, ovēs in agrōs __________ (aberrāre).
2a. Iānitor, cum aliquem forīs clāmantem audīret, ōstium ________ (aperīre).
2b. Iānitor, cum aliquem forīs clāmantem audiat, ōstium ________ (aperīre).
3a. Gubernātor, cum nāvem appropinquantem videat, nautās vēla dare __________ (iubēre).
3b. Gubernātor, cum nāvem appropinquantem vidēret, nautās vēla dare __________ (iubēre).
4a. Lӯdia, cum amīcās suās Rōmae relinqueret, trīstis ______ (esse).
4b. Lӯdia, cum amīcās suās Rōmae relinquat, trīstis ______ (esse).
5a. Cum Ariadna dormiat, Thēseus _________ (abīre).
5b. Cum Ariadna dormīret, Thēseus _________ (abīre).
6a. Mārcus, cum sordidus esset, cognōscī nōn __________ (posse).
6b. Mārcus, cum sordidus sit, cognōscī nōn _________ (posse).
7a. Mēdus, cum servus sit, magnam pecūniam nōn _________ (habēre).
7b. Mēdus, cum servus esset, magnam pecūniam nōn _________ (habēre).
8a. Cum puer aegrōtet, medicus Tūsculō ___________ (arcessere).
8b. Cum puer aegrōtāret, medicus Tūsculō ___________ (arcessere).
9a. Cum ventus secundus flet, nāvis ē portū __________ (ēgredī).
9b. Cum ventus secundus flāret, nāvis ē portū __________ (ēgredī).
10a. Colōnus, cum mercēdem dēbitam nōn solvat, ab Iūliō ____________ (reprehendere).
10b. Colōnus, cum mercēdem dēbitam nōn solveret, ab Iūliō ____________ (reprehendere).

## Exercitium decimum

*Exempla:* Dum pater dormit, Mārcus Iūliam pulsat.
= Patre dormiente, Mārcus Iūliam pulsat.
Quia canis lātrābat, iānitor excitātus est.
= Cum canis lātrāret / Cane lātrante, iānitor excitātus est.

1. Dum magister recitat, discipulī dormiunt. =
2. Quia Arīōn canēbat, delphīnus alliciēbātur. =
3. Dum Ariadna dormit, Thēseus proficīscitur. =
4. Quia ventus contrārius erat, nāvis iactābātur. =
5. Dum Iūlia rosās carpit, Quīntus dē arbore cadit. =
6. Dum pāstor in umbrā iacet, ovis nigra in silvam intrat. =
7. Quia Iūlia plōrābat, Aemilia vēnit. =
8. Quia Chrīstus ventīs et marī imperāvit, tranquillitās magna facta est. =
9. Dum nāvis ē portū ēgreditur, Lȳdia lacrimat. =
10. Dum Mēdus et gubernātor loquuntur, altera nāvis in marī appāret. =

## Exercitium ūndecimum

*genetīvī*
tantī
quantī
magnī
parvī
plūris
minōris (↔ plūris)

*Exempla:* Mēdus: "*Quantī* (= Quot nummīs) cōnstat ānulus aureus?"
Albīnus: "Ānulus aureus centum nummīs cōnstat: *plūris* (= maiōre pretiō) cōnstat quam ānulus ferreus; ānulus ferreus *minōris* (= minōre pretiō) cōnstat quam ānulus aureus".
Gubernātor: "*Quantī* aestimās nautārum vītam?"
Mercātor: "Nautārum vītam *parvī* aestimō, mercēs vērō meās *magnī* aestimō; mercēs meās *plūris* aestimō quam nautārum vītam (= nautārum vītam *minōris* aestimō quam mercēs meās)".

1. Tlēpolemus: "_______ (= Quot numm___) cōnstat illud pallium?" Tabernārius: "Istud pallium octōgintā numm___ cōnstat: _______ igitur cōnstat quam hoc, quod septuāgintā numm___ cōnstat".
2. Iūlius: "_______ aestimās hunc librum, amīce?" Cornēlius: "Hunc librum nōn magnī, sed _______ aestimō, quod mē nōn dēlectat; illum autem librum, quī in mēnsā est et mē dēlectat, _______ quam istum aestimō".





3. Iuppiter _______ habētur quam Neptūnus, quia deus māximus est; Neptūnus igitur _______ aestimātur quam Iuppiter.
4. Iūlius: "Mēdus bonus servus erat: eum igitur _______ aestimābam; nunc vērō Dāvum _______ aestimō quam Mēdum, quī pecūniam meam surripuit".
5. Cornēlius: "_______ cōnstat liber quī mē dēlectat?" Iūlius: "Illum librum in forō decem sēsterti___ ēmī; ergō _______ cōnstat quam hic, quī duodecim nummīs emitur".
6. Iūlius: "Diodōrum bonum magistrum esse putābam: eum igitur _______ aestimābam, nunc vērō _______ aestimō".
7. Cornēlius: "Diodōrus _______ (: melior magister) habētur quam aliī magistrī quī Tūsculī docent. Cūr eum _______ aestimās?"
8. Iūlius: "Quod Mārcum nihil docēre potest. Num tū _______ aestimās magistrum quī nihil docēre potest?"

## Exercitium duodecimum

*accūsātīvus exclāmātīvus* (< exclāmāre)

*Exemplum:* Mercātor exclāmat: "Heu, mē miserum!" (ego miser)

1. Magister exclāmat: "Ō, ____________________!" (discipulī improbī)
2. Aemilia exclāmat: "Ō, ____________________!" (improba ancilla)
3. Servī exclāmant: "Ō, ____________________!" (beātī dominī)
4. Iūlius exclāmat: "Ō, ____________________!" (pāstor pigerrimus)
5. Nautae exclāmant: "Heu, ________________!" (nōs miserī)
6. Aemilia exclāmat: "Ō, ____________________!" (miser agricola)
7. Mēdus exclāmat: "Ō, ____________________!" (rēs mīrābilis)
8. Lȳdia exclāmat: "Ō, ____________________!" (fūr nēquissimus)
9. Gubernātor exclāmat: "Per ____________________!" (diī immortālēs)
10. Ancilla exclāmat: "Heu, ________________!" (ego misera)

## Exercitium tertium decimum

1. pōnere, ___________, ___________
2. ___________, ___________, āmissum
3. ___________, abiēcisse, ___________ *abiciō -iunt*
4. secāre, ___________, ___________
5. ___________, ___________, permōtum
6. afficere, ___________, ___________ *afficiō -iunt*
7. ___________, crēdidisse
8. ēripere, ___________, ___________ *ēripiō -iunt*
9. ___________, ___________, surreptum *surripiō -iunt*
10. ___________, vēxisse, ___________
11. allicere, ___________, ___________ *alliciō -iunt*
12. canere, ___________
13. ___________, dēsiluisse
14. appārēre, ___________
15. ___________, suāsisse
16. lābī, ___________
17. cōnfitērī, ___________





# CAPITVLVM TRICESIMVM

## Exercitium prīmum

1. Colōnus pūniētur sī neglegēns fu_____: nisi mercēdem dēbitam solv_____ et dominō pāru_____, ac sī officium suum male cūrāv_____.
2. Iūlius: "Pūniēris, colōne, sī neglegēns fu_____: nisi mercēdem dēbitam solv______ et mihi pāru______, ac sī officium tuum male cūrāv_____".
3. Colōnus: "Nōnne mihi parcēs, domine, sī mercēdem tibi dēbitam solv_____, officium meum bene cūrāv______ ac tibi pāru_____?"
4. Iūlius: "Sī agrī bene cūrāt_________, et mercēs mihi dēbita solūt________, nōn pūniēris, colōne".
5. Iūlius: "Tū quoque, pāstor, sī piger fu_____, pulsāberis: sī ovēs neglēx_____ et in campō dormīv_____".
6. Sī ovēs neglēct_________, et lupus ūnam ex iīs vorāv_____, pāstor pulsābitur.
7. Iūlius: "Sevērē pūniēminī, nisi mihi pāru______, sī officia vestra neglēx_______, sī pigrī fu_______ et in umbrā dormīv_______".
8. Pāstor et colōnus pūnientur nisi dominō pāru_______, sī pigrī fu_______, sī officia sua neglēx_______ et in umbrā dormīv_______.
9. Pāstor et colōnus: "Num pulsābimur, domine, sī impigrī fu______ tibique pāru_______, ac sī officia nostra bene cūrāv_______?"
10. Iūlius: "Sī officia vestra bene cūrāv______, sī neque grex neque agrī neglēct_________, nōn pūniēminī, sed laudābiminī".

*futūrum perfectum āctīvī*

| | |
|---|---|
| ~erō | ~erimus |
| ~eris | ~eritis |
| ~erit | ~erint |

*passīvī*

≈us ≈a } erō / eris
≈us ≈a ≈um erit
≈ī ≈ae } erimus / eritis
≈ī ≈ae ≈a erunt

## Exercitium secundum

*Exempla:* Magister *legit* id quod discipulus scrīps<u>it</u>.
Magister *legēbat / lēgit* id quod discipulus scrīps<u>erat</u>.
Magister *leget* id quod discipulus scrīps<u>erit</u>.

1. Discipulī, sī magistrum recitantem attentē ___________ (audīre), sententiam rēctē scrībent.
2. Nautae faciēbant id quod gubernātor __________ (imperāre).

3. Mercēs ē nāve ēiciuntur quod gubernātor hoc facere __________ (iubēre).
4. Mercēs ē nāve ēiectae sunt quod gubernātor hoc facere __________ (iubēre).
5. Discipulī, sī rēctē __________ (scrībere), laudābuntur.
6. Discipulī reprehēnsī sunt, quod male __________ (scrībere).
7. Tabellārius epistulam fert quam magister eī __________ (dare).
8. Iūlius epistulam, quam magister __________ (mittere), scidit.
9. Sententiam suam Orontēs nōn dīcet antequam utrumque vīnum __________ (gustāre).
10. Colōnus ab Iūliō reprehenditur, quod mercēdem dēbitam nōn __________ (solvere).
11. Mēdus pecūniā quam ē sacculō Iūliī __________ (surripere) Lȳdiae ānulum emit.
12. Iūlius, sī Mēdum __________ (invenīre), eum verberābit.
13. Thēseus ā cīvibus laudābātur, quod Mīnōtaurum __________ (necāre).
14. Pāstor pūnītur quod neglegēns __________ (esse).
15. Sī lupus ovem iterum __________ (rapere), pāstor iterum pūniētur.

### Exercitium tertium

*coniūnctīvus hortātīvus* (< *hortārī* [= monēre])

*Exemplum:* Quīn intrāmus? = Intrēmus!

1. Mārcus: "Quīn in hortō lūdimus?" =
2. Aemilia: "Quīn cēnāmus?" =
3. Iūlius: "Quīn in hortum exīmus?" =
4. Ancillae: "Quīn tacēmus et Dāvum audīmus?" =
5. Parentēs: "Quīn medicum arcessimus?" =
6. Puerī: "Quīn mammam sequimur?" =
7. Aemilia: "Quīn Rōmam īmus?" =
8. Mēdus: "Quīn nāvem cōnscendimus et in Graeciam proficīscimur, Lȳdia?" =

### Exercitium quārtum

singulī -ae -a (I et I...)
bīnī -ae -a (II et II...)
ternī -ae -a (III et III...)

*Exempla:* Mārcus et Quīntus ternōs sēstertiōs habent.
= Mārcus habet trēs sēstertiōs et Quīntus quoque trēs sēstertiōs habet.
Bis bīna sunt quattuor [2 x 2 = 4].





1. In hīs vocābulīs: 'canis' et 'pānis' ________ syllabae sunt.
2. In hīs vocābulīs: 'nōs' et 'vōs' ________ litterae sunt.
3. Illa avis duās ālās habet: avēs enim ________ [II] ālās habent.
4. Magister ________ [I] discipulīs ________ [III] nummōs dat.
5. Bis ________ sunt sex [2 x 3 = 6].
6. Ter ________ sunt novem [3 x 3 = 9].
7. In ________ lectīs aut ________ [I] aut ________ [II] aut ________ [III] convīvae accubant.
8. Iūlius ________ [I] līberīs ________ [II] māla dat.
9. Hominēs ________ [II] oculōs habent.
10. Iūlia parentibus ________ [III] rosās et ________ [II] līlia dōnat.

### Exercitium quīntum

*Exemplum:* Orontēs carnī salem aspergit.
= Orontēs carnem sale aspergit.

exuere ↔ induere

1. Iūlius amīcō librum dōnat. =
2. Puerī mēnsae flōrēs aspergunt. =
3. Mīlitēs Rōmānī hostibus arma exuunt. =
4. Puer sibi tunicam induit. =
5. Pater līberōs mālīs dōnat. =
6. Syra flōrēs aquā aspergit. =
7. Mīles umerum gladiō exuit. =
8. Virī Rōmānī sē togā induere solēbant. =

### Exercitium sextum

-ēns -entis
-enter *(adv.)*
-āns -antis
-anter *(adv.)*

1. Agricolae neglegentēs agrōs negleg_______ cūrāre solent.
2. Daedalus, ut vir prūdēns, fīlium suum prūd_______ monuit ut in mediō āere volāret.
3. Mārcus ā magistrō nōn rārō, sed frequ_______ reprehenditur.
4. Discipulī industriī et dīligentēs sententiās industriē et dīlig_______ scrībunt.
5. Mercātor, quī vir patiēns nōn est, dolōrēs haud pati_______ fert.
6. Fortēs mīlitēs cōnst_______ pugnāre solent.

**Exercitium septimum**

1. coquere, __________, __________
2. __________, caruisse
3. __________, __________, indūtum
4. ēligere, __________, __________
5. __________, __________, fūsum
6. __________, strāvisse, __________
7. miscēre, __________, __________
8. __________, exhausisse, __________
9. revertī, __________ / __________
10. ūtī, __________





## CAPITVLVM VNVM ET TRICESIMVM

**Exercitium prīmum**

1. Discipulus improbus __________ (pūnīre) est; discipulus autem probus __________ (laudāre) est.
2. Magister dīcit 'discipulōs improbōs __________ (pūnīre), probōs vērō __________ (laudāre) esse'.
3. Magister ad discipulōs: "Nunc __________ (scrībere) est, nōn __________ (dormīre)".
4. Tabula __________ (prōmere) est, et litterae __________ (scrībere) sunt.
5. Magister dīcit 'tabulās __________ (prōmere) et sententiam __________ (scrībere) esse'.
6. Agrī __________ (arāre) et __________ (rigāre) sunt.
7. Iūlius dīcit 'agrōs __________ (arāre) et __________ (rigāre) esse'.
8. In lūdō nōn __________ (loquī), sed __________ (tacēre) et __________ (audīre) est.
9. Daedalus: "Ālae __________ (cōnficere) sunt, ut volāre possīmus".
10. Canis in silvā ovem quaerēns __________ (sequī) est.

*gerundīvum*
[1] -andus -a -um
[2] -endus -a -um
[3] -endus -a -um
[4] -iendus -a -um

**Exercitium secundum**

*Exemplum:* Discipulōs probōs laudāre oportet.
= Discipulī probī laud<u>andī</u> <u>sunt</u>.

1. Hominēs scelestōs pūnīre oportet. =
2. Ancillās sevērē reprehendere nōn oportet. =
3. Castra dēfendere oportet. =
4. Magistrum attentē audīre oportet. =
5. Famem patienter ferre oportet. =
6. Nunc vīnum pōtāre oportet. =
7. Līberōs ad lūdum comitārī oportet. =
8. Vīllae ōstium cūstōdīre oportet. =
9. Sententiās rēctē scrībere oportet. =
10. Menda dēlēre oportet. =
11. Quīntum in lectō iacentem cōnsōlārī oportet. =
12. Ovem in silvā errantem invenīre oportet. =
13. Canem ferōcem catēnā vincīre oportet. =

14. Manūs sordidās lavāre oportet. =
15. Prōmissa nōn oblīvīscī oportet. =

### Exercitium tertium

*datīvus agentis apud gerundīvum*

(agēns -entis *m.* = is quī agit)

*Exempla:* Iānitor vīllae ōstium cūstōdīre dēbet.
= Vīllae ōstium iānitōrī cūstōdiendum est.
Quīntus dormīre dēbet.
= Quīntō dormiendum est.

1. Cocus cēnam parāre dēbet. =
2. Puerī manūs sordidās lavāre dēbent. =
3. Thēseus Mīnōtaurum interficere dēbet. =
4. Discipulī rēctē computāre dēbent. =
5. Magister recitāre, discipulī vērō scrībere dēbent. =
6. Discipulī verba sine mendīs scrībere dēbent. =
7. Virī Thēseum, quī Ariadnam dēseruit, imitārī nōn dēbent. =
8. Nūtrīcēs īnfantēs alere dēbent. =
9. Nautae quidquid gubernātor imperāverit facere dēbēbunt. =
10. Iūlia: "Quis in agrīs labōrāre dēbet?" =
11. Iūlius: "In agrīs agricolae labōrāre dēbent". =
12. Nōn sōlum ego, sed etiam tū linguam Latīnam discere dēbēs. =

### Exercitium quārtum

*Exemplum:* Dominus 'Dāvum vocandum esse' dīcit.
= Dominus Dāvum vocārī iubet.

1. Domina 'fenestram claudendam esse' dīxit. = Domina ... iussit.
2. Magister 'stilum gravius in cēram premendum esse' dīcit. =
3. Iūlius 'canem catēnā vinciendum esse' dīxit. =
4. Aemilia 'rosās in aquā pōnendās esse' dīcit. =
5. Mīnōs 'Thēseum in labyrinthum dūcendum esse' dīxit. =
6. Aemilia 'triclīnium exōrnandum esse' dīcit. =
7. Iūlius 'saccōs in vīllam ferendōs esse' dīcit. =
8. Magister 'sententiam scrībendam esse' dīxit. =
9. Dux 'Germānōs oppugnandōs esse' dīcit. =
10. Iūlius 'Mārcum in cubiculum inclūdendum esse' dīxit. =
11. Dominī 'agrōs rigandōs esse' dīcunt. =
12. Dominī crūdēlēs 'servōs improbōs in cruce fīgendōs esse' dīxērunt. =





### Exercitium quīntum

*gerundium et gerundīvum*

*Līneās singulās sub gerundia, bīnās vērō sub gerundīva dūc.*
*Exemplum:* Discendī causā magister discipulīs audiendus est.

1. Mīlitibus Rōmānīs fortiter pugnandum erat.
2. Mīlitēs Rōmānī ad pugnandum parātī erant.
3. Discipulīs scrībendum est quod magister recitat.
4. Discipulī scrībendō scrībere discunt.
5. Discipulī lūdum petunt discendī causā.
6. Quidquid magister docendī causā imperat discipulīs faciendum est.
7. Magister fessus est recitandō.
8. In tabulīs stilō scrībendum est.
9. Ad scrībendum stilus necessārius est.
10. Litterae prāvē scrīptae discipulīs dēlendae sunt.

### Exercitium sextum

quī|dam quīdam
quendam quōsdam
cuiusdam quōrundam
cuidam quibusdam
quōdam quibusdam

quaedam quaedam
quandam quāsdam
cuiusdam quārundam
cuidam quibusdam
quādam quibusdam

quoddam quaedam
quoddam quaedam
cuiusdam quōrundam
cuidam quibusdam
quōdam quibusdam

1. Colōnus ________ Iūliō mercēdem dēbitam nōn solvit.
2. Iūlius ________ agricolīs imperat ut pāstōrem prehendant.
3. Diodōrus: "________ discipulī improbī sunt".
4. Cornēlius servum ________ Iūliī in Viā Latīnā vīdit.
5. Midās est nōmen ________ rēgis, quī in ________ Asiae urbe vīvēbat.
6. Midās ā Bacchō ________ mūnus pessimum postulāvit.
7. In convīviō Orontēs ________ fābulās nārrat quās Iūlius audīre nōn vult.
8. Syra Quīntō fābulam nārrat dē ________ puerō temerāriō, quī prope Sōlem volāns in mare cecidit.
9. Mēdus Rōmam it ut fēminam ________ conveniat.
10. In nāve Mēdus cum ________ hominibus loquitur.
11. Mercātor verba ________ haud pulchra dīxit.
12. ________ mēnsēs ā ________ diīs Rōmānīs nōmina accipiunt.
13. Dominus ________ agricolās, quī agrōs neglēxērunt, reprehendit.
14. Iūlius ________ ancillīs et ________ servīs, quī opus suum bene fēcērunt, māla piraque dat.
15. Quīntus canem lātrantem ac virum ________ clāmantem audīvit.
16. Peditēs Rōmānī ________ arma levia ferre solent.

17. Nōmina __________ servōrum et __________ ancillārum Iūliī Graeca sunt.
18. Albīnus __________ virō ānulum gemmātum vēndit.
19. Tūsculum appellātur __________ parvum oppidum prope Rōmam.
20. Syra est nōmen __________ ancillae Iūliī.

### Exercitium septimum

*Exempla:* Bonus sermō mē tam dēlectat quam bonum vīnum.
Hostium numerus tantus erat quantus Rōmānōrum.
Cornēlius nōn tantum bibit quantum Orontēs.
Tot ancillae sunt quot servī: quot servī, tot ancillae.
Tālis est fīlia quālis māter: quālis māter, tālis fīlia.

1. ________ sunt līberī quālēs parentēs.
2. Rosae ________ dēlectant Iūliam ________ līlia.
3. Negōtia pāstōrum nōn tanta sunt ________ agricolārum.
4. Aemiliae parentēs, quī pauperēs erant, nōn ________ pecūniae habēbant ________ parentēs Iūliī.
5. Rōmae ________ servī erant quot hominēs līberī.
6. Lingua Graeca mē nōn ________ dēlectat ________ lingua Latīna.
7. Quālis magister, ________ sunt discipulī.
8. Līberōrum numerus nōn ________ est ________ servōrum.
9. Nōn tot sunt līberī ________ servī.
10. Īnfāns nōn ________ ēst ________ vir.

### Exercitium octāvum

*accipiō -iunt*

1. accipere, __________, __________
2. __________, __________, ablātum
3. __________, bibisse
4. audēre, __________
5. tangere, __________, __________
6. __________, statuisse, __________
7. __________, __________, intellēctum





## CAPITVLVM ALTERVM ET TRICESIMVM

### Exercitium prīmum

*Exempla:* Aemilia Iūlium interrogat quid sentiat.
= Aemilia ab Iūliō quaerit quid sentiat.
Aemilia Iūlium ōrat / rogat ut sē adiuvet.
= Aemilia ab Iūliō petit / postulat ut sē adiuvet.

ab aliquō quaerere = aliquem interrogāre
ab aliquō petere = aliquem ōrāre / rogāre

1. Aemilia ancillās interrogat quid līberī faciant. =
2. Magister discipulōs interrogāvit quid scrīberent. =
3. Colōnus Iūlium ōrāvit ut patientiam habēret. =
4. Mēdus Lȳdiam rogat ut aliquid sibi legat. =
5. Mercātor gubernātōrem interrogat quis Arīōn sit. =
6. Īcarus patrem ōrābat ut labyrinthī exitum invenīret. =
7. Mēdus: "Nihil rogō, Lȳdia, nisi ut mē amēs". =
8. Iūlius: "Ā tē postulō, colōne, ut pecūniam dēbitam mihi solvās". =
9. Iūlius ā Mārcō quaerēbat cūr tabulam Sextī habēret. =
10. Amīcus quīdam ā Mēdō petīvit ut auxilium sibi daret. =

### Exercitium secundum

*Exemplum:* Iūlius: "Quid fēcistī, Mārce? Fuistīne bonus discipulus in lūdō?"
= Iūlius interrogat / nescit quid Mārcus fēcerit: num in lūdō bonus discipulus fuerit.

*coniūnctīvus perfectī āctīvī*

| | |
|---|---|
| ~erim | ~erimus |
| ~eris | ~eritis |
| ~erit | ~erint |

*passīvī*

≈us ≈a } sim / sīs
≈us ≈a ≈um sit
≈ī ≈ae } sīmus / sītis
≈ī ≈ae ≈a sint

1. Quīntus: "Cūr Mārcus clāmābat?" = Quīntus interrogat ...
2. Iūlius: "Quandō Orontēs ex Graeciā rediit?" = Iūlius nescit ...
3. Iūlius: "Vīdistisne Mēdum, servī?" = Iūlius servōs interrogat num ...
4. Orontēs: "Audīvistisne rūmōrēs super Chrīstiānīs, amīcī?" = Orontēs amīcōs interrogat num ...
5. Aemilia: "Quis fuit Midās?" = Aemilia nescit ...
6. Iūlius: "Cūr magister tē verberāvit, Mārce?" = Iūlius Mārcum interrogat ...
7. Iūlius: "Quō aberrāvērunt ovēs?" = Iūlius nescit ...
8. Quīntus: "Quis ōstium vīllae pulsāvit?" = Quīntus interrogat ...
9. Diodōrus: "Audīvistisne, discipulī?" = Diodōrus nescit num ...

10. Diodōrus: "Dedistīne epistulam Iūliō, Tlēpoleme?" = Diodōrus Tlēpolemum interrogat num …
11. Aemilia: "Cūr mentītus es, Mārce?" = Aemilia Mārcum interrogat …
12. Mercātōrēs: "Multaene mercēs in tempestāte āmissae sunt?" = Mercātōrēs interrogant num …

**Exercitium tertium**

*coniūnctīvus perfectī*

*Exemplum:* Iūlius Mārcum interrogat quid fēcerit (facere).

1. Iūlius ā pāstōre quaerit cūr officium suum ___________ (neglegere): "Dīc mihi, pāstor, cūr officium tuum ___________ (neglegere)".
2. Pāstor respondet: "Nesciō quis tibi ___________ (mentīrī), domine, et ________ (dīcere) 'mē officium neglēxisse': ego enim ovēs cūrāvī".
3. Iūlius, quī nescit num pāstor bonus ________ (esse) et ovēs bene _________ (cūrāre), exclāmat: "Quid? Tēne bonum pāstōrem fuisse?!"
4. Pāstor: "Certē fuī, domine! Cūr mē interrogās num ovēs bene _________ (cūrāre)?"
5. Iūlius: "Bonus pāstor est quī officium suum nōn neglegit et dominō pāret. Pāruistīne mihi? Tē interrogō num mihi _________ (pārēre), pāstor nēquam! Respondē!"
6. Pāstor: "Cūr quaeris ā mē num bonus pāstor _______ (esse), cum omnēs ovēs adesse videās?"
7. Iūlius: "Tū mē sīc interrogāre audēs, pāstor pigerrime?! Num nescīs quid herī _________ (accidere)? Num nescīs quid lupus ________ (facere)? Dīc mihi, sceleste, cūr ovis mea ā lupō paene __________ (rapere)".
8. Pāstor: "Rēctē dīcis, domine: 'paene'! Omnēs ovēs hīc sunt: ergō cūr quaeris num eās bene __________ (cūrāre)? Respōnsum iam nōvistī!" Hīs verbīs dictīs, pāstor aufugit.
9. Colōnī ab aliō colōnō quaerunt cūr paene ____________ (verberāre): "Dīc nōbīs, amīce, cūr ā dominō paene ____________ (verberāre)".
10. Iūlius ā colōnīs quaerit cūr pecūniam nōndum __________ (solvere): "Dīcite mihi, colōnī, cūr mercēdem mihi dēbitam nōndum __________ (solvere)!"
11. Colōnī: "Quārē ā nōbīs quaeris, domine, cūr mercēdem dēbitam nōndum ___________ (solvere)? Nōnne scīs agrōs siccōs esse?"
12. Iūlius: "Rigāvistisne eōs? Ā vōbīs quaerō num agrī ___________ (rigāre)".
13. Colōnī: "Agrī rigārī nōn possunt, quod procul absunt ā rīvō". Iūlius tamen nescit utrum colōnī __________ (mentīrī) an vērum _________ (dīcere).





**Exercitium quārtum**

*coniūnctīvus optātīvus* (< optāre)

*Exempla:* Dī nōs servent!
Utinam pīrātae nōbīs parcant!
Utinam nē ā pīrātīs interficiāmur!

1. Mercātor: "Per_____ omnēs gubernātōrēs quī mercātōrum mercēs in mare ēiciunt!"
2. Iūlius: "Utinam Mēdum inven_____!"
3. Mēdus: "Hic ānulus tē serv_____, Lȳdia!"
4. Nautae: "Utinam nē pīrātae nōs cap_____ et vēnd_____!"
5. Gubernātor: "Vīv_____ classis Rōmāna! Vīv_____ mīlitēs Rōmānī!"
6. Iūlius: "Utinam pāstor ovēs bene cūr_____!"
7. Lȳdia: "Chrīstus nōs serv_____!"
8. Gubernātor: "Perd_____ Iuppiter omnēs pīrātās!"
9. Lȳdia: "Utinam nē Mēdus ab Iūliō inven_____! Hoc Deus prohib_____!"
10. Val_____ magister! Val_____que discipulī!

**Exercitium quīntum**

timeō nē / nē nōn

ventūrus -a -um: *part. futūrī* (< venīre)

*Exempla:* Timeō / metuō / vereor nē veniat (= Timeō: nē veniat! = Spērō eum ventūrum nōn esse).
Timeō / metuō / vereor nē nōn veniat (= Timeō: utinam veniat! = Spērō eum ventūrum esse).
Mēdus: "Timeō nē mīlitēs mē Rōmam abdūcant".
= Mēdus: "Spērō mīlitēs mē Rōmam nōn abductūrōs esse".

1. Mēdus: "Spērō dominum mē nōn inventūrum esse". =
2. Iūlius: "Utinam Mēdum inveniam!" =
3. Aemilia: "Utinam Mārcus vērum dīcat!" =
4. Iūlius: "Spērō Mārcum falsum nōn dictūrum esse". =
5. Gubernātor: "Spērō illam nāvem praedōnum nōn esse". =

6. Mēdus: "Utinam hic ānulus tē servet, Lȳdia!" =
7. Iūlius: "Spērō pāstōrem ovem nōn iterum āmissūrum esse". =
8. Iūlius: "Utinam colōnus mercēdem solvat!" =
9. Colōnus: "Spērō dominum mē nōn pulsātūrum esse". =
10. Colōnus: "Utinam dominus patientiam habeat!" =
11. Lȳdia: "Utinam hōc ānulō uterque nostrum servētur, Mēde!" =
12. Nautae: "Spērāmus pīrātās nōs nōn captūrōs esse". =

*coniūnctīvus post* (3) cum <u>*concessīvum*</u>

cum *et coni.* = quamquam *et ind.*

**Exercitium sextum**

*Exemplum:* Caesar praedōnēs contemnēbat, <u>quamquam</u> in eōrum potestāte <u>erat</u>.
= Caesar praedōnēs contemnēbat, <u>cum</u> in eōrum potestāte <u>esset</u>.

1. Mēdus, quamquam pecūniam nōn habēbat, amīcum ē servitūte redēmit. =
2. Iūlius, quamquam Aemilia litterās remittēbat, tamen cotīdiē ad eam scrībēbat. =
3. Cornēlius, quamquam facile ōrnāmenta emere potest, tamen nōn vult. =
4. Quamquam Iuppiter malus marītus est, Iūnō eum tamen amat. =
5. Daedalus, quamquam in carcere erat, nōn timēbat. =
6. Quamquam nāvis rēmīs vēlīsque celeriter agitur, praedōnēs appropinquant. =
7. Mārcus, quamquam ā magistrō saepe reprehenditur, parentibus 'sē bonum discipulum esse' dīcit. =
8. Diodōrus, quamquam magister doctus ab omnibus habēbātur, ab Iūliō indoctus exīstimābātur. =

suus -a -um
sē, sibi, sē

**Exercitium septimum**

*Exempla:* Amīcus Mēdum ōrat: "Mē ē servitūte redime!"
= Amīcus Mēdum ōrat ut <u>sē</u> ē servitūte redimat.
Servī dominōs ōrant: "Nōbīs parcite!"
= Servī dominōs ōrant ut <u>sibi</u> parcant.
Mārcus Titum rogāvit: "Redde mihi mālum meum!"
= Mārcus Titum rogāvit ut <u>sibi</u> mālum <u>suum</u> redderet.

1. Iūlia patrem rogat: "Aspice mē, pater!" =
2. Virī amīcōs ōrant: "Nōs adiuvāte!" =





3. Pāstor dominum ōrat: "Parce mihi!" =
4. Convīvae ministrīs imperāvērunt: "Vīnum nōbīs afferte!" =
5. Nautae deōs ōrābant: "Servāte nōs!" =
6. Iēsūs Petrō imperāvit: "Venī ad mē!" =
7. Sextus Mārcum rogat: "Dā mihi tabulam meam!" =
8. Pāstor sē interrogat: "Ubi est ovis mea?" =
9. Fēminae virōs rogant: "Ōrnāmenta nōbīs dōnāte!" =
10. Praedōnēs mercātōribus imperant: "Mercēs nōbīs trādite!" =
11. Dux mīlitibus imperat: "Mihi pārēte!" =
12. Cīvēs Rōmānī ā Pompeiō petīvērunt: "Nōs ac patriam ā praedōnibus līberā!" =
13. Mēdus Lȳdiam interrogāvit: "Cūr mē fūrtī accūsāre pergis?" =
14. Mercātōrēs servīs imperābant: "Mercēs nostrās servāte!" =
15. Mēdus ā Lȳdiā petīvit: "Plūra dē Iēsū mihi nārrā!" =
16. Quīntus ā mātre quaerit: "Quid dē mē ac dē crūre meō medicus dīcit?" =
17. Magister discipulīs imperāvit: "Tabulās mihi date!" =
18. Mercātor deōs ōrat: "Mercēs meae mihi reddantur!" =
19. Iūlius servōs interrogābat: "Ubi sunt pecūnia mea et servus meus?" =
20. Midās Bacchum rogāvit: "Dā mihi mūnus meum!" =
21. Iūlius agricolīs imperat: "Ovēs ex agrīs meīs prohibēte!" =
22. Iaīrus Iēsum ōrāvit: "Fīlia mea mihi reddātur!" =
23. Quīntus ā Syrā petit: "Fābulam mihi nārrā!" =
24. Thēseus ab Ariadnā petīvit: "Sequere mē! Athēnās mēcum profic̄īscere!" =
25. Magister ab Iūliō petīvit: "Mercēs mea mihi solvātur!" =

nōlī -re! = nē ~eris!
nōlīte -re! = nē ~eritis!

**Exercitium octāvum**

*Exempla:* Nōlī timēre! = Nē timu<u>eris</u>!
Nōlīte timēre! = Nē timu<u>eritis</u>!

1. Nōlīte dormīre! =
2. Nōlī iānuam claudere! =
3. Nōlīte mē dēserere! =
4. Nōlī sorōrem pulsāre! =
5. Nōlī proficīscī, amīce! =
6. Nōlīte prōmissa vestra oblīvīscī, amīcī! =
7. Nē mē momorderis, canis! =

8. Nē menda fēceritis! =
9. Nē mē in cubiculum inclūseritis! =
10. Nē locūtae sītis! =

### Exercitium nōnum

meminisse hominis / hominem; reī / rem reminīscī, oblīvīscī hominis; reī / rem

*Exempla:* Oblītus sum virī nōmen / nōminis.
Oblītus sum illīus virī.

1. Fābul____ / Fābul____ dē Daedalō et Īcarō Syra reminīscitur.
2. Hominēs saepe benefici_____ / benefici_____ oblīvīscuntur.
3. Mēdus nōn sine dolōre ill____ amīc____ / ill____ amīc____ meminit quem ē servitūte redēmit.
4. Iūlius e____ temp____ / id temp____ reminīscitur quō Aemilia alium virum amābat.
5. Syra reminīscitur vir____ quī su______ prōmiss_______ / su_____ prōmiss______ oblītus est.
6. Cornēlius nōm_____ / nōm_____ servī Iūliī nōn meminerat.
7. Orontēs redit ad nārrātiōnem fābulae _____ / qu____ Aemilia nōn reminīscitur.
8. Nōlīte vestr_____ magistr_____ oblīvīscī!

### Exercitium decimum

1. Lȳdia ________________ (amīcae), quās Rōmae relīquit, numquam oblīvīscētur.
2. Lȳdia Chrīstī ______________________________ (multa facta dictaque) meminit.
3. Iūlius ______________________________ (nōnnūlla carmina) reminīscitur.
4. Cornēlius ____________________ (servus quīdam) Iūliī reminīscitur.
5. Mēdī ______________ (fūrtum) Lȳdia aliquandō fortasse oblīvīscētur.
6. Aemilia ____________________ (frāter), quī in Germāniā pugnat, meminit.
7. Mercātor ______________________________ (duo versūs) Ovidiī reminīscitur.
8. Mīlitēs ______________________________ (fortis dux) semper meminerint.





### Exercitium ūndecimum

nōvisse ↔ ignōrāre
nōvī ↔ ignōrō
nōveram ↔ ignōrābam
nōverō ↔ ignōrābō
ōdisse ↔ amāre
ōdī ↔ amō
ōderam ↔ amābam
ōderō ↔ amābō
meminisse ↔ oblītum esse
meminī ↔ oblītus sum
memineram ↔ oblītus eram
meminerō ↔ oblītus erō

1. Syra fābulam dē Daedalō et Īcarō __________ (↔ oblīta est).
2. Syra virum quendam ___________ (↔ ignōrābat), quī eī montēs aureōs pollicitus erat.
3. Quamquam ille vir improbus fuerat, Syra omnēs virōs nōn __________ (↔ amābat).
4. Iūlius dīcit 'servōs dominum iniūstum ____________ (↔ amāre)'.
5. Mēdus: "Semper illīus virī __________ (↔ oblīvīscar), quī 'sē amīcum meum esse' dīcēbat".
6. Orontēs fābulam dē Midā, rēge Asiae, __________ (↔ oblītus erat).
7. Aemilia, quae fābulam nōn __________ (↔ ignōrat), cupida est audiendī.
8. Omnēs in nāve fābulam dē Orpheō __________ (↔ ignōrābant).
9. Colōnus: "Quamquam dominus sevērus est, eum numquam __________ (↔ amābō)".
10. Multōs versūs __________ (↔ oblītum esse) facile nōn est.

### Exercitium duodecimum

*ablātīvus qualitātis* (quālitās -ātis *f.* < quālis)

*Exemplum:* Capillus illīus fēminae longus est.
= Illa fēmina capillō longō est.

1. Iūliī oculī nigrī sunt. =
2. Quīntī corpus crassum est. =
3. Īcarī audācia magna fuit. =
4. Veneris pulchritūdō summa fuit. =
5. Caesaris animus fortis fuit. =
6. Īnfantis color candidus est. =
7. Illīus fēminae vultus foedus est. =
8. Huius iuvenis membra fortia sunt. =

### Exercitium tertium decimum

abl. pōnitur apud *opus est*

*Exemplum:* Librī mihi opus sunt. = Librīs mihi opus est.

1. Ancillae Aemiliae opus sunt. =
2. Nummī nōbīs opus sunt. =
3. Pecūnia mihi opus est. =
4. Frūmentum hominibus opus est. =
5. Tabula nova Sextō opus erat. =

6. Pallium novum tabellāriō opus est. =
7. Nummīs Mēdō opus erat. =
8. Stilīs discipulīs opus est. =
9. Fīlō Thēseō opus erat. =
10. Verbīs nōbīs opus nōn est. =

### Exercitium quārtum decimum

gen. plūr. ad *mīlia*

*Exempla:* M (hominēs) = mīlle hominēs
MM (hominēs) = duo mīlia hominum

1. MMM ____________________ (mīlitēs)
2. M ____________________ (nāvēs)
3. MM ____________________ (nummī)
4. MMM ____________________ (sēstertiī) (!)
5. M ____________________ (servī)
6. MM ____________________ (ovēs)

### Exercitium quīntum decimum

1. agere, __________, __________
2. __________, __________, flexum
3. __________, sustulisse, __________
4. vincere, __________, __________
5. __________, __________, oblātum
6. __________, redēmisse, __________
7. adesse, __________





## CAPITVLVM TRICESIMVM TERTIVM

### Exercitium prīmum

1. Colōnus herī, cum mercēdem nōn solv______ neque dominō pāru______, ab Iūliō reprehēnsus est.
2. Iūlius ā colōnō quaesīvit cūr mercēdem dēbitam nōn ded______.
3. Colōnus autem, cum ā dominō reprehēns__________, "Sī pecūniam habu_______", inquit, "tibi iam solv_______, domine".
4. Cum colōnus 'uxōrem suam aegrōtāre' dīx______, Iūlius "Intellegō quidem", inquit: "sī tē pūnīre volu_______, iam verberāt__________; sed dominus inhūmānus nōn sum: ergō ūsque ad fīnem huius mēnsis exspectābō, ut pecūniam solvere possīs".
5. Colōnus, cum haec verba audīv______, laetus domum rediit, dominum sevērum esse putāns, neque inhūmānum.
6. Syra Quīntō in lectō iacentī dīxit: "Sī Thēseus patrem monentem audīv______, in mare nōn cecid______".
7. Syra: "Tū quoque, Quīnte, sī patrem audīv_______ eīque pāru______, dē arbore nōn cecid______".
8. Quīntus: "Etiam sī patrem audīv_______ eīque pāru_______, dē arbore cecid_______, Syra, quod rāmus tenuis erat".
9. Iūlius ā servīs quaesīvit num probī fu_______ atque officia sua cūrāv_______.
10. Cum servī dominum loquentem nōn audīv_______, nihil dīxērunt.
11. Iūlius, cum servī tacērent, "Nōnne audīvistis, servī?" inquit. "Hūc vēnī quia ignōrābam num bonī fu_______ et officia vestra cūrāv_______".
12. Servī: "Sī tē audīv________, statim 'nōs probōs fuisse et officia nostra cūrāvisse' dīx________".
13. Iūlius, quī servōs falsum dīxisse nōn ignōrābat, ab iīs quaesīvit quid fēc_______.
14. Cum servī 'sē improbōs fuisse' iterum negāv_______, ac 'triclīnium sē ōrnāvisse' dīx_______, Iūlius "Nōn sōlum", inquit, "triclīnium ōrnāvistis, sed etiam alia nōn facienda in culīnā fēcistis".

*coniūnctīvus imperfectī āctīvī*

| | |
|---|---|
| ~issem | ~issēmus |
| ~issēs | ~issētis |
| ~isset | ~issent |

*passīvī*

≈us ≈a } essem / essēs
≈us ≈a ≈um esset
≈ī ≈ae } essēmus / essētis
≈ī ≈ae ≈a essent

15. Servī: "Sī quid malī fēc________, tibi certē nārrāv________, domine".

16. Iūlius: "Sī officia vestra modo cūrāv________, ā mē certē laudāt________, servī; etiam sī fass________ 'vōs merum bibisse', ā mē tantum reprehēnsī, nōn verberāt________. Nunc vērō, cum mihi mentītī sītis, pūniēminī".

*coniūnctīvus post* cum

*post praes. et fut.:* praes. ac perf. coniūnctīvī

*post imperf., perf. et plūsquamperf.:* imperf. ac plūsquam-perf. coniūnctīvī

**Exercitium secundum**

*Exempla:* Cum Iūlia proba sit, ab omnibus *amātur.*
Cum Iūlia proba esset, ab omnibus *amābātur.*
Cum multōs librōs lēgerit, doctissimus *est.*
Cum multōs librōs lēgisset, doctissimus *erat.*

1a. Quīntus, cum dē arbore __________ (cadere), aegrōtat.
1b. Quīntus, cum dē arbore __________ (cadere), aegrōtābat.
2a. Aemilius, cum procul ā patriā __________ (versārī), ab omnibus dēsīderātur.
2b. Aemilius, cum procul ā patriā __________ (versārī), ab omnibus dēsīderābātur.
3a. Pāstor, cum ovium gregem __________ (neglegere), ā dominō reprehēnsus est.
3b. Pāstor, cum ovium gregem __________ (neglegere), ā dominō reprehenditur.
4a. Aemilia, cum frāter in Germāniā stipendia __________ (merēre), frequentēs litterās ad eum mittit.
4b. Aemilia, cum frāter in Germāniā stipendia __________ (merēre), frequentēs litterās ad eum mittēbat.
5a. Orontēs, cum multum vīnī __________ (pōtāre), ēbrius sub mēnsam herī lāpsus est.
5b. Orontēs, cum multum vīnī __________ (pōtāre), ēbrius sub mēnsam lābitur.
6a. Cum praedōnum nāvis procul __________ (cernere), omnēs in nāve timent.
6b. Cum praedōnum nāvis procul __________ (cernere), omnēs in nāve timēbant.
7a. Mēdus, cum pecūniam dominī __________ (surripere), Lȳdiae ānulum emere poterat.
7b. Mēdus, cum pecūniam dominī __________ (surripere), Lȳdiae ānulum emere potest.





8a. Cum Pūblius Valerius __________ (morī), Aemiliō epistula ad eius parentēs scrībenda erat.
8b. Cum Pūblius Valerius __________ (morī), Aemiliō epistula ad eius parentēs scrībenda est.
9a. Cum hostēs nunc __________ (fugere), equitātus Rōmānus ad eōs persequendōs mittitur.
9b. Cum hostēs tum __________ (fugere), equitātus Rōmānus ad eōs persequendōs missus est.
10a. Cum ā nūntiō 'hostēs mox impetum factūrōs esse' __________ (nūntiāre), mīlitēs arma capiunt.
10b. Cum ā nūntiō 'hostēs mox impetum factūrōs esse' __________ (nūntiāre), mīlitēs arma cēpērunt.

*coniūnctīvus post* cum

*post praes. et fut.:* praes. ac perf. coniūnctīvī

*post imperf., perf. et plūsquamperf.:* imperf. ac plūsquam-perf. coniūnctīvī

**Exercitium tertium**

*Exempla:* *Cum* Iūlia proba *sit,* ab omnibus amātur.
*Cum* Iūlia proba *esset,* ab omnibus amābātur.
*Cum* multōs librōs *lēgerit,* doctissimus est.
*Cum* multōs librōs *lēgisset,* doctissimus erat.

1a. Iūlia, cum ā Mārcō pulsāta sit, __________ (plōrāre).
1b. Iūlia, cum ā Mārcō pulsāta esset, __________ (plōrāre).
2a. Quīntus, cum aeger sit, ambulāre nōn __________ (posse).
2b. Quīntus, cum aeger esset, ambulāre nōn __________ (posse).
3a. Cum Mārcus in lūdō dormīverit neque rēctē scrīpserit, magister epistulam ad Iūlium __________ (scrībere).
3b. Cum Mārcus in lūdō dormīvisset neque rēctē scrīpsisset, magister epistulam ad Iūlium __________ (scrībere).
4a. Cum Mārcus malus discipulus in lūdō fuisset, ā patre domī __________ (reprehendere).
4b. Cum Mārcus malus discipulus in lūdō fuerit, ā patre domī __________ (reprehendere).
5a. Iūlius, cum in lectō dormiat, Iūliam plōrantem audīre nōn __________ (posse).
5b. Iūlius, cum in lectō dormīret, Iūliam plōrantem audīre nōn __________ (posse).
6a. Nautae Arīonī, cum magnās dīvitiās sēcum habēret, __________ (invidēre).
6b. Nautae Arīonī, cum magnās dīvitiās sēcum habeat, __________ (invidēre).

7a. Cum praedōnēs cūncta maria īnfēsta fēcerint, classis Rōmāna adversus eōs ___________ (mittere).
7b. Cum praedōnēs cūncta maria īnfēsta fēcissent, classis Rōmāna adversus eōs ___________ (mittere).
8a. Sextus, cum rēctē scrīpsisset, ā magistrō ___________ (laudāre).
8b. Sextus, cum rēctē scrīpserit, ā magistrō _________ (laudāre).
9a. Cum nāvis flūctibus iactētur, Lȳdia ___________ (lābī).
9b. Cum nāvis flūctibus iactārētur, Lȳdia ___________ (lābī).
10a. Rēx Mīnōs, cum Thēseus ex īnsulā Crētā aufūgisset, eum _____________ (persequī).
10b. Rēx Mīnōs, cum Thēseus ex īnsulā Crētā aufūgerit, eum _____________ (persequī).

### Exercitium quārtum

*Exempla: Postquam / Quia* Diodōrī epistulam accēpit, Iūlius Mārcum pūnit.
= Cum Diodōrī epistulam accēperit / Diodōrī epistulā acceptā, Iūlius Mārcum pūnit.
*Postquam / Quia* Diodōrī epistulam accēperat, Iūlius Mārcum pūnīvit.
= Cum Diodōrī epistulam accēpisset / Diodōrī epistulā acceptā, Iūlius Mārcum pūnīvit.

1. Quia ovem nigram āmīsit, pāstor in silvam intrat. =
2. Postquam utrumque vīnum gustāverant, Orontēs et Cornēlius inter sē aspexērunt. =
3. Quia Mārcum audīvit, Iūlius in hortum exit. =
4. Postquam nūntius allātus est, mīlitēs convocātī sunt. =
5. Postquam hostēs victī sunt, dux victor ā mīlitibus salūtātus est. =
6. Quia pecūniam dēbitam nōn solverat, Mēdus servus factus est. =
7. Postquam pōculum funditus exhauserat, Orontēs sub mēnsam lāpsus est. =
8. Quia verba magistrī lēgit, Iūlius epistulam scindit. =
9. Postquam in marī tranquillitās magna facta est, discipulī Iēsum admīrātī sunt. =
10. Quia amīcus mortuus erat, Aemilius multās lacrimās effūdit. =





### Exercitium quīntum

*Exempla:* Aquam bibō, quia vīnum nōn habeō. Utinam vīnum habērem! — *coniūnctīvus irreālis*
Sī vīnum habērem, aquam nōn biberem. — [nunc]
Aquam bibī, quia vīnum nōn habēbam. Utinam vīnum habuissem!
Sī vīnum habuissem, aquam nōn bibissem. — [tunc]

1. Aemilius: "Utinam Mercurius es______! Sī Mercurius es_____, ālās hab_____ et in patriam vol_____".
2. Aemilia: "Utinam Mārcus in lūdō bonus discipulus fu_____! Sī enim magistrō pāru_____, ab eō nōn reprehēns_________".
3. Quīntus: "Utinam nunc val_____! Nisi pēs dol_____, in hortō curr_____".
4. Servī: "Utinam līberī es______! Sī enim līberī es______, in patriā nostrā vīv_______".
5. Lȳdia: "Utinam nē fūrtum fēc_______, Mēde! Nisi pecūniam surrip_______, tē fūrem nōn vocāv_______".
6. Ariadna: "Maesta sum, quia secūta sum Thēseum. Nisi Thēseum secūt________, nunc maesta nōn es_____, neque in hāc īnsulā sōla err_______. Utinam nē cum Thēseō profect________! Utinam nē in hāc īnsulā es_____!"
7. Īcarus: "Sī dī auxilium nōbīs tul_______, ē labyrinthō statim exi_______. Utinam dī nōs adiūv_______!"
8. Aemilia: "Nisi Mārcus malus discipulus fu______, nunc in hortō lūd_____, neque in cubiculō lacrim_____. Utinam magistrum audīv_____ et rēctē scrīps_____!"

### Exercitium sextum

*Exempla:* Vīnum nōn habeō. Sī vīnum habērem, aquam nōn biberem.
Aquam habeō. Sī vērō vīnum afferās, id bibam (*coni.*).
Sī vīnum habuissem, aquam nōn bibissem!

1. Sī mīles es_____, arma fer______, sed mīles nōn sum.
2. Sī Aemilius patrem audīv______, mīles nunc nōn es______.
3. Sī sōl in campō lūc______, pāstor umbram pet______.
4. Sī Mārcus rēctē scrīps______, ā magistrō laudāt________.
5. Sī hominēs vol______, ālās hab______.

6. Dāvus: "Ā dominō hodiē laudātus sum: sī nummum mihi iterum largi______, pānem em______".
7. Sī Mēdus magnam pecūniam hab______, multa ōrnāmenta Lȳdiae em______.
8. Nisi in lūdō dormīv______, discipulī nōn verberāt________.
9. Syra: "Imber mox erit. Sī in hortō man______, domina, certē aegrōtāre incip______".
10. Aemilia: "Sī magister aliam epistulam ad tē mitt______, quid eī respond______, Iūlī?"

## Exercitium septimum

*Exemplum:* Iūlius: "Quid fēcistī, Mārce? Fuistīne bonus discipulus in lūdō?"
= Iūlius *interrogāvit / nesciēbat* quid Mārcus fēcisset: num in lūdō bonus discipulus fuisset.

1. Quīntus: "Cūr Mārcus clāmāvit?" = Quīntus interrogāvit ...
2. Iūlius: "Quandō Orontēs ex Graeciā rediit?" = Iūlius nesciēbat ...
3. Iūlius: "Vīdistisne Mēdum, servī?" = Iūlius servōs interrogāvit num ...
4. Orontēs: "Audīvistisne rūmōrēs super Chrīstiānīs, amīcī?" = Orontēs amīcōs interrogāvit num ...
5. Aemilia: "Quid fēcit Midās?" = Aemilia nesciēbat ...
6. Iūlius: "Cūr magister tē verberāvit, Mārce?" = Iūlius Mārcum interrogāvit ...
7. Iūlius: "Quō aberrāvērunt ovēs?" = Iūlius nesciēbat ...
8. Quīntus: "Quis ōstium vīllae pulsāvit?" = Quīntus interrogāvit ...
9. Diodōrus: "Audīvistisne, discipulī?" = Diodōrus nesciēbat num ...
10. Diodōrus: "Dedistīne epistulam Iūliō, Tlēpoleme?" = Diodōrus Tlēpolemum interrogāvit num ...
11. Aemilia: "Cūr mentītus es, Mārce?" = Aemilia Mārcum interrogāvit ...
12. Mercātōrēs: "Multaene mercēs in tempestāte āmissae sunt?" = Mercātōrēs interrogābant num ...





## Exercitium octāvum

*cōnsecūtiō temporum* (cōnsecūtiō -ōnis *f.* < cōnsequī)

*Exempla:* Iūlius interrogat: "Quid Mārcus agit? Quid ēgit? Quid aget?"
= Iūlius *interrogat / nescit* quid Mārcus agat (nunc), quid Mārcus ēgerit (antehāc), quid Mārcus āctūrus sit (posthāc).
Iūlius interrogāvit: "Quid Mārcus agit? Quid ēgit? Quid aget?"
= Iūlius *interrogāvit / nesciēbat* quid Mārcus ageret (tunc), quid Mārcus ēgisset (anteā), quid Mārcus āctūrus esset (posteā).

1a. Iūlius Mārcum interrogat: "Quid in lūdō fēcistī?" =
1b. Iūlius Mārcum interrogābat: "Quid in lūdō fēcistī?" =
2a. Iūlius Mārcum interrogāvit: "Quid dīxit magister?" =
2b. Iūlius Mārcum interrogat: "Quid dīxit magister?" =
3a. Mārcus nescit: "Quid magister dīxit? Quid faciet?" =
3b. Mārcus nesciēbat: "Quid magister dīxit? Quid faciet?" =
4a. Mārcus nesciēbat: "Quid recitat magister? Quid imperāvit?" =
4b. Mārcus nescit: "Quid recitat magister? Quid imperāvit?" =
5a. Gubernātor interrogat: "Quī poēta hōs versūs scrīpsit?" =
5b. Gubernātor interrogāverat: "Quī poēta hōs versūs scrīpsit?" =
6a. Iūlius interrogāvit: "Quid scrīpsit Aemilius? Quandō domum redībit?" =
6b. Iūlius interrogat: "Quid scrīpsit Aemilius? Quandō domum redībit?" =
7a. Iūlius ab Oronte quaerit: "Quandō in Italiam rediistī? Quōs in Graeciā vīdistī?" =
7b. Iūlius ab Oronte quaesīvit: "Quandō in Italiam rediistī? Quōs in Graeciā vīdistī?" =
8a. Syra Quīntum interrogābat: "Dormīsne? Potesne ambulāre?" =
8b. Syra Quīntum interrogat: "Dormīsne? Potesne ambulāre?" =
9a. Iūlia ā parentibus quaerēbat: "Quandō novum īnfantem habēbitis? Quō nōmine eum vocābitis?" =
9b. Iūlia ā parentibus quaerit: "Quandō novum īnfantem habēbitis? Quō nōmine eum vocābitis?" =
10a. Iūlius nesciēbat: "Ubi est Mēdus? Quō proficīscitur?" =

10b. Iūlius nescit: "Ubi est Mēdus? Quō proficīscitur?" =
11a. Lȳdia Mēdum interrogat: "Cūr pecūniam surripuistī?" =
11b. Lȳdia Mēdum interrogāvit: "Cūr pecūniam surripuistī?" =
12a. Mēdus nōn intellegit: "Cūr ānulus ā Polycrate abiectus est?" =
12b. Mēdus nōn intellegēbat: "Cūr ānulus ā Polycrate abiectus est?" =
13a. Iūlius pāstōrem interrogat: "Cūr ovis ā lupō paene rapta est? Cūr tacēs?" =
13b. Iūlius pāstōrem interrogāvit: "Cūr ovis ā lupō paene rapta est? Cūr tacēs?" =
14a. Iūlia nesciēbat: "Ambulābisne et lūdum petēs, Quīnte?" =
14b. Iūlia nescit: "Ambulābisne et lūdum petēs, Quīnte?" =
15a. Mēdus nescit: "Quid mīlitēs facient? Abdūcentne mē Rōmam?" =
15b. Mēdus nesciēbat: "Quid mīlitēs facient? Abdūcentne mē Rōmam?" =

### Exercitium nōnum

*gerundium et gerundīvum*

*Exempla:* parātus ad scrībend<u>um</u>; parātus ad epistul<u>am</u> scrībend<u>am</u>
cupidus scrībend<u>ī</u>; cupidus epistul<u>ae</u> scrībend<u>ae</u>
fessus scrībend<u>ō</u>; fessus epistul<u>ā</u> scrībend<u>ā</u>

1. Aemilius patri___ vidend___ cupidus est.
2. Magister discipulōs hortātur ad scrībend___. Magister discipulōs hortātur ad sententiās scrībend___.
3. Sextus sententiās scrībit. In scrībend___ Sextus dīligentissimus est omnium discipulōrum. In sententi___ scrībend___ Sextus dīligentissimus est.
4. Magister librum legit. Magister fīnem legend___ facit. Magister fīnem facit libr___ legend___.
5. Mīlitēs ad oppugnand___ parātī sunt. Mīlitēs parātī sunt ad castr___ oppugnand___.
6. Mārcus fābulam legit. Mārcus piger est in legend___. Mārcus piger est in fābul___ legend___.
7. Puerī discend___ causā lūdum petunt. Puerī litter_____ discend_____ causā lūdum petunt.
8. Quīntus fābulās audit. Quīntus audiend___ dēlectātur. Quīntus fābul___ audiend___ dēlectātur.





9. Agricolae agrōs arant. Arātrum necessārium est ad arand___. Arātrum necessārium est ad agr___ arand___.
10. Classis Rōmāna cūncta maria percurrēbat ad nāv___ mercātōri___ tuend___ et ad praedōn___ persequend___.

### Exercitium decimum

fore = futūrum (-am -um -ōs -ās -a) esse

1. Aemilia Mārcum discipulum dīligentem _____ (= futūr___ esse) spērat.
2. Mīlitēs prōmittunt 'sē in bellō fortēs _____ (= futūr___ esse)'.
3. Aemilius pācem mox _____ (= futūr___ esse) spērat.
4. Īcarus prōmittit 'sē audācem nōn _____ (= futūr___ esse)'.
5. Domina ancillās probās _____ (= futūr___ esse) spērat.
6. Iūlius id _____ (= futūrum esse) spērat, ut Mēdus inveniātur.
7. Aemilius _____ (= futūrum esse) spērābat ut Aemilia plūrēs epistulās scrīberet.
8. Pāstor _____ (= futūrum esse) spērābat ut ovis in silvā reperīrētur.

= I. spērat Mēdum inventum īrī.
= Ae. spērābat Aemiliam plūrēs epistulās scrīptūram esse.
= Pāstor spērābat ovem repertum īrī.

### Exercitium ūndecimum

*sententiae fīnālēs:*
(1) ut / nē *et coni.*
(2) ad *cum acc. gerundiī / gerundīvī*
(3) causā *post gen. gerundiī / gerundīvī*
(4) *supīnum*

*Exemplum:*

Lēgātī ab hostibus missī sunt { ut pācem peterent / ad pācem petendam / pācis petendae causā / pācem petītum }

1. Mēdus Rōmam it ...
ut Lȳdiam __________ (vidēre).
ad Lȳdiam __________ (vidēre).
Lȳdiam __________ (vidēre).
Lȳdiae __________ (vidēre) causā.
2. Classis Rōmāna cūncta maria percurrēbat ...
ut nāvēs mercātōriās __________ (tuērī).
ad nāvēs mercātōriās __________ (tuērī).
nāvium mercātōriārum __________ (tuērī) causā.
3. Mīlitēs Rōmānī in Germāniam iērunt ...
ut Germānōs __________ (oppugnāre).
ad Germānōs __________ (oppugnāre).
Germānōrum __________ (oppugnāre) causā.
Germānōs __________ (oppugnāre).

4. Tabellārius ad vīllam Iūliī properat ...
ut epistulam __________ (ferre).
ad epistulam __________ (ferre).
epistulae __________ (ferre) causā.
5. Puerī litterīs student ...
ut doctī __________ (fierī).
nē indoctī __________ (esse).
ad __________ (discere).
__________ (discere) causā.
litterārum __________ (discere) causā.
6. Servus ā dominō sevērō abiit ...
nē __________ (verberāre).
nē __________ (servīre).
ut līber __________ (esse).
ut in patriam __________ (revertī).
7. Servī ā dominō sevērō fugiunt ...
nē __________ (verberāre).
nē __________ (servīre).
ut līberī __________ (esse).
ut in patriam __________ (revertī).
8. Hominēs vestīmenta gerunt ...
nē frīgora __________ (patī).
nē __________ (frīgēre).
nē frīgus corporī __________ (nocēre).
9. Dux equitātum mittit ...
ut hostēs __________ (persequī).
nē hostēs __________ (aufugere).
ad hostēs __________ (persequī).
10. Dux equitātum mīsit ...
ut hostēs __________ (persequī).
nē hostēs __________ (aufugere).
hostium __________ (persequī) causā.

### Exercitium duodecimum

*imperātīvus futūrī*
[1] -ātō -ātōte
[2] -ētō -ētōte
[3] -itō -itōte
[4] -ītō -ītōte

estō estōte

1. Iūlius: "Nē pigrī fueritis, colōnī! Sc______ mē crās agrōs meōs iterum petītūrum esse. Industriī igitur es_____!"
2. Iūlius: "Tū quoque, pāstor, industrius es_____, ac mihi pār______!"
3. Gubernātor: "Quidquid imperāverō fac______, nautae!"





4. Gubernātor: "Tū quoque, mercātor, quod imperāverō fac______!"
5. Magister: "Quod recitābō aud______, discipulī! Tū quoque, Mārce, mē attentē aud______!"
6. Magister: "Deinde sententiās quās vōbīs dictābō scrīb______, discipulī! Dīligentēs es_____!"
7. Magister: "Cum sententiam scrīpseris, eam leg______, Mārce!"
8. Quīntus: "Cum redieris, aliam fābulam nārr______, Syra!"
9. Dux: "Sī hostēs impetum facient, castra dēfend______, mīlitēs! Nē timueritis, sed fortiter pugn______!"
10. Syra: "Nunc dormī, mī Quīnte, et patiēns es_____! Mox pēs tuus melius sē habēbit".

### Exercitium tertium decimum

*passīvum impersōnāle*
(im-persōnālis -e: cui dēsunt persōnae, praeter III singulārem)

*Exemplum:* (Nostrī) fortissimē pugnāvērunt.
= Fortissimē pugnāt<u>um</u> <u>est</u>.

1. (Cīvēs) in forum currunt. =
2. Ad castra (mīlitēs) veniunt. =
3. In castra 'hostēs flūmen trānsiisse' nūntiāvērunt. =
4. Apud flūmen pugnāvērunt. =
5. In regiōnibus frīgidissimīs (hominēs) male vīvunt. =
6. Diū (rēgēs) Rōmae rēgnāvērunt. =

### Exercitium quārtum decimum

nātus *cum acc.*

*Exemplum:* Mārcus puer octō annōrum est.
= Mārcus octō ann<u>ōs</u> nātus est.

1. Mēdus adulēscēns duodētrīgintā annōrum est. =
2. Iūlia puella quīnque annōrum est. =
3. Iūlius vir trīgintā duōrum annōrum est. =
4. Aemilia mātrōna vīgintī septem annōrum est. =
5. Aemilius mīles vīgintī duōrum annōrum est. =
6. Priamus senex septuāgintā annōrum erat. =

### Exercitium quīntum decimum

1. convertere, __________, __________
2. __________, __________, caesum
3. __________, coēgisse, __________

4. dēsistere, __________
5. __________, __________, effūsum
6. __________, percussisse, __________ — *percutiō -iunt*
7. īnstruere, __________, __________
8. prōgredī, __________ — *-gredior -iuntur*
9. __________, prōcurrisse





## CAPITVLVM TRICESIMVM QVARTVM

### Exercitium prīmum

*Exemplum:* Fuga mīlite Rōmānō indigna est.
= Fuga mīlitem Rōmānum nōn decet.

1. Certāmen gladiātōrium mihi nōn placet. =
2. Fūrtum Mēdī ā Lȳdiā nōn ignōrātur. =
3. Animus īrātus bonō virō indignus est. =
4. Id nōn animadvertī. =
5. Cursūs equōrum Cornēliō placent. =
6. Mārcī pugna ab Iūliō nōn ignōrātur. =
7. Verba falsa virō probō digna nōn sunt. =
8. Ovem ā lupō paene raptam esse ab Iūliō nōn ignōrātur. =
9. Sermō īnfantium virō indignus est. =
10. Lūdōs scaenicōs spectāre Fabiae placet. =

eum decet = eō dignum est
eum dēdecet (↔ decet) = eō indignum est
mē fugit = nōn animadvertō
mē iuvat = mihi placet
mē latet = ā mē ignōrātur

### Exercitium secundum

*Exemplum:* Quīntus gaudet quod medicus abiit.
= Quīntus gaudet medicum abiisse.

1. Aemilius dolet quod amīcus eius mortuus est. =
2. Mercātor queritur quod mercēs āmīsit. =
3. Ariadna maerēbat quod dēserta erat. =
4. Mēdus gaudet sē līberum esse. =
5. Iūlius mīrātur tantum strepitum in hortō esse. =
6. Aemilia laetātur frātrem vīvere. =

post *verba affectuum* pōnuntur 'quod' et ind. / acc. et īnf.
(affectus -ūs *m.* = id quō afficitur animus, ut laetitia, timor et cēt.)

### Exercitium tertium

*Exemplum:* Sextus sē dēfendere scit, sī cum singulīs certat.
= Sextus sē dēfendere scit, dummodo cum singulīs certet.

1. Servī quoque ōrnāmenta emere possunt, sī pecūniam habent. =
2. Discipulī laudantur, sī rēctē scrībunt. =
3. Ovēs bene cūstōdiuntur, nisi pāstor dormit. =
4. Sōl cernitur, nisi nūbibus occultātur. =
5. Mārcus mātrem fallere poterit, sī Iūlius aberit. =
6. Germānī vincī poterunt, sī Rōmānī fortiter pugnābunt. =

dummodo / dummodo nē *cum coni.*

*datīvus ad verba*

**Exercitium quārtum**

1. Iūlius Mēd___ imperābat, quī e___ servīre nōlēbat.
2. Dāvus vērō domin___ imperant___ pārēre solet.
3. Ancillae quoque Aemili___ semper oboediunt.
4. Sōl et calor vīne___ prōsunt, sed imber et frīgus i___ nocent.
5. Iūlius Mēd___, serv___ su___, cōnfīdēbat.
6. Iēsūs prīncip___ Iūdaeōrum, nōmine Iaīr___, nōn dēfuit.
7. Mēdus amīc___ quem ē servitūte redēmerat fīdēbat.
8. Pater Aemili___ persuādēre nōn potuit ut litter___ studēret.
9. Naut___ quī fret___ Sicul___ appropinquant multa perīcula impendent.
10. Mēdus Lȳdi___ persuādet ut s___ crēdat.
11. Colōnus Iūlium ōrat: “M___ parce, domine! T___ prōmittō ‘mē pecūniam dēbitam mox solūtūrum esse’”.
12. Mēdus praedōn____ resistere vult, sed gubernātor, quī nāv___ praeest, e___ suādet nē id faciat.
13. Aurīga c___ plērīque spectātōrēs favēbant mortuus est.
14. Aemili___ litter___ studēre nōn placēbat.
15. Aemilia Iūli___ nūbere nōlēbat, quia Crassum amābat.
16. Homin____ agere nōn licet quidquid i___ libet.
17. Mārcus ā parentibus petit ut s___ ignōscant.
18. Spectātōrēs plaudere solent gladiātōr____ bene pugnant____.
19. Amīcus malus est quī amīc___ su___ invidet.
20. Vērus amīcus amīc___ su___ semper adest, sīve eōrum fortūna secunda sīve adversa est.

syllaba:
*brevis* [∪]
*longa* [–]

pedēs:
*trochaeus* [– ∪]
*dactylus* [– ∪ ∪]
*spondēus* [– –]

versūs:
*hexameter* (= VI pedēs)
*pentameter* (= V pedēs)
*hendecasyllabus* (= XI syllabae)

**Exercitium quīntum**

*Dīvide hōs versūs in pedēs dactylōs, spondēōs et trochaeōs appositīs notīs (– ∪ ∪, – –, – ∪).*

*Exemplum:* Semper | pauper e|ris, sī | pauper e|s, Aemili|āne.
Dantur o|pēs nūl|līs || nunc nisi | dīviti|bus.

Saepe meae “Tandem” dīxī “discēde!” puellae
— in gremiō sēdit prōtinus illa meō!
Saepe “Pudet” dīxī. Lacrimīs vix illa retentīs
“Mē miseram! Iam tē” dīxit “amāre pudet?”
Implicuitque suōs circum mea colla lacertōs
et, quae mē perdunt, ōscula mīlle dedit!
Vincor, et ingenium sūmptīs revocātur ab armīs,
rēsque domī gestās et mea bella canō.





‘Nūllī sē’ dīcit mulier mea ‘nūbere mālle
quam mihi, nōn sī sē Iuppiter ipse petat!’
Dīcit. Sed mulier cupidō quod dīcit amantī
in ventō et rapidā scrībere oportet aquā.

Nūbere vīs Prīscō; nōn mīror, Paula, sapīstī.
Dūcere tē nōn vult Prīscus: et ille sapit!

Nūbere Paula cupit nōbīs, ego dūcere Paulam
nōlō: anus est; vellem sī magis esset anus!

Āmissum nōn flet, cum sōla est, Gellia patrem;
sī quis adest, iussae prōsiliunt lacrimae.
Nōn lūget quisquis laudārī, Gellia, quaerit:
ille dolet vērē quī sine teste dolet.

Lūgēte, ō Venerēs Cupīdinēsque
et quantum est hominum venustiōrum!
Passer mortuus est meae puellae,
passer, dēliciae meae puellae,
quem plūs illa oculīs suīs amābat;
nam mellītus erat suamque nōrat
ipsam tam bene quam puella mātrem,
nec sēsē ā gremiō illīus movēbat,
sed circumsiliēns modo hūc modo illūc
ad sōlam dominam ūsque pīpiābat.
Quī nunc it per iter tenebricōsum
illūc unde negant redīre quemquam.
At vōbīs male sit, malae tenebrae
Orcī, quae omnia bella dēvorātis:
tam bellum mihi passerem abstulistis.
Ō factum male! Ō miselle passer!
Tuā nunc operā meae puellae
flendō turgidulī rubent ocellī!

Cēnābis bene, mī Fabulle, apud mē
paucīs, sī tibi dī favent, diēbus
— sī tēcum attuleris bonam atque magnam
cēnam, nōn sine candidā puellā
et vīnō et sale et omnibus cachinnīs.

Haec sī, inquam, attuleris, venuste noster,
cēnābis bene — nam tuī Catullī
plēnus sacculus est arāneārum!

**Exercitium sextum**

1. __________, __________, accēnsum
2. laedere, __________, __________
3. __________, __________, ēlīsum
4. implicāre, __________ / __________, __________ / __________
5. plaudere, __________, __________
6. __________, peperisse, __________ *pariō -iunt*
7. sedēre, __________
8. __________, __________, retentum
9. __________, sapiisse *sapiō -iunt*
10. nūbere, __________





## CAPITVLVM TRICESIMVM QVINTVM

**Exercitium prius**

1. Dum gubernātor loquitur, altera nāvis procul in marī appāret. Mēdus eum apprehendit et "Dēsine loquī!" inquit. "Cūrā negōtium tuum! Quīn prōspicis? Vidēsne nāvem illam vēlōcem quae ā septentriōnibus nōbīs appropinquat?"

"Per deōs immortālēs!" inquit gubernātor, cum prīmum nāvem appropinquantem prōspexit. "Illa nāvis vēlōx nōs persequitur. Certē nāvis praedōnum est. Omnia vēla date, nautae!"

Nāvis autem vēlīs sōlīs nōn tam vēlōciter vehitur quam ante tempestātem, nam vēla ventō rapidō scissa sunt. Itaque gubernātor imperat ut nāvis rēmīs agātur. Mox rēmīs vēlīsque vehitur nāvis quam vēlōcissimē potest, sed tamen altera nāvis, cuius rēmī quasi ālae ingentēs sūrsum deorsum moventur, magis magisque appropinquat.

Gubernātor perterritus exclāmat: "Ō dī bonī! Quid faciāmus? Brevī praedōnēs hīc erunt".

Tum mercātor, cum gubernātōrem pallidum videat, "Bonō animō es!" inquit. "Nōlī dēspērāre! Spēs est, dum anima est".

*dum*: coniūnctiō
*gubernātor*: nōmen substantīvum, III dēcl., masc., nōm., sing.
*loquitur*: verbum, ind., praes., dēp., III pers. sing.
. . .

2. Quoniam igitur ipse ad tē properāre nōn possum, litterās ad tē scrībere properō. Quaeris ā mē cūr tibi ūnās tantum litterās scrīpserim, cum interim trīnās quaternāsve litterās ā tē accēperim. Haud difficile est mē excūsāre, quod neglegēns fuerim in scrībendō. Sī mihi tantum esset ōtiī quantum est tibi, in epistulīs scrībendīs nōn minus dīligēns essem quam tū. Sed cum per complūrēs mēnsēs vix tempus habuerim ad dormiendum, facile intellegēs nūllum mihi ōtium fuisse ad epistulam scrībendam.

3. Hōc proeliō factō, dux victor, cum ā mīlitibus imperātor salūtātus esset, virtūtem nostram laudāvit 'quod contrā hostēs numerō superiōrēs fortissimē pugnāvissēmus'; 'tot hominibus ūnō proeliō āmissīs, hostēs brevī arma positūrōs esse' dīxit. Hīs verbīs māximō gaudiō affectī sumus, nam post longum bellum

omnēs pācem dēsīderāmus. Hodiē lēgātī ā Germānīs missī ad castra vēnērunt, ut cum imperātōre colloquerentur. Nesciō an lēgātī pācem petītum vēnerint, sed certō sciō imperātōrem nostrum cum hoste armātō colloquī nōlle.

**Exercitium alterum**

1. dēmere, __________, __________
2. adicere, __________, __________

*adiciō -iunt*



# INDEX GRAMMATICVS

[*Numerī crassī* 1.2.3... *capitula, numerī tenuēs* 1,2,3... *exercitia significant*]


A

*ab / ā* cum abl. **5**.2; **6**.5
– ad *quaerere* et *petere* **32**.1
**ablātīvus** **5**.1, 2
– = *ab* cum abl. **6**.1; **20**.6; **25**.2; **27**.7
– absolūtus **16**.3, 4, 5; **22**.3, 4, 5; **29**.10; **33**.4
– ad comparātīvum, *ante, post* **16**.7
– ad verba passīva **6**.10
– argūmentī **20**.7
– *aspergere, dōnāre* ... **30**.5
– comparātiōnis **24**.6
– īnstrūmentī **6**.10; **10**.6; **12**.10
– līmitātiōnis **11**.11
– māteriae **22**.6
– post praepositiōnēs **5**.2; **6**.2, 3, 4
– pretiī **8**.7
– quālitātis **32**.12
– temporis **13**.3, 4
– v. etiam *in*
**accūsātīvus** **3**.2, 3; **5**.3
– ad *altus, lātus, longus* **12**.9
– = *ad* cum acc. **6**.1; **20**.6; **25**.2; **27**.7
– ad *nātus* **33**.14
– *aspergere, dōnāre* ... **30**.5
– cum īnfīnītīvō **10**.4; **11**.4, 5, 6, 7, 9, 10; **21**.4, 5, 6, 7, 8; **23**.2, 3, 4, 5, 6; **24**.5; **26**.4, 6; **27**.5; **31**.4; **34**.2
– *decet, fugit* ... **34**.1
– duplex **18**.9
– exclāmātīvus **29**.12
– *meminisse, oblīvīscī* ... **32**.9, 10
– post praepositiōnēs **6**.2, 3, 4
– temporis **13**.5
– v. etiam *in*
**āctīvum** **6**.6
**adiectīva**
– I et II dēcl. **9**.2, 4, 5, 6; **11**.1, 2; **12**.2; **13**.2; **18**.1
– III dēcl. **12**.2, 4, 5
– cfr. *comparātīvus; superlātīvus*
**adverbia** **18**.2, 5; **30**.6
– cfr. *comparātīvus; superlātīvus*
– locī **27**.7
– numerālia **18**.8

C

**comparātīvus**
– adiectīvī **12**.6, 7, 8; **18**.1; **19**.6
– adverbiī **18**.3, 5
**coniugātiō periphrastica**
– āctīva: v. *participium (futūrī)*
– passīva: v. *gerundīvum*
**coniūnctīvus**
– dubitātīvus **29**.6
– ēventuālis **33**.6
– hortātīvus **30**.3
– imperfectī **28**.1, 2, 3, 4
– irreālis **33**.5, 6
– optātīvus **32**.4; **33**.5
– perfectī **32**.2, 3
– plūsquamperfectī **33**.1
– praesentis **27**.1, 2, 3, 4, 5
**cōnsecūtiō temporum**
– coniūnctīvī **28**.5, 6, 7, 8, 9; **29**.4, 5, 8, 9; **33**.2, 3, 4, 8
– indicātīvī **21**.1, 2; **24**.2; **30**.2
**cōnsecūtīva, sententia** **29**.2, 3
***cum***
– concessīvum **32**.6
– nārrātīvum et causāle **29**.7, 8, 9, 10; **33**.1, 2, 3, 4

D
datīvus 7.4, 5
– ad verba 34.4
– agentis (ad gerundīvum) 31.3
– *aspergere, dōnāre* ... 30.5
– possessīvus 12.1
dēclīnātiōnēs
– I 10.7
– II 10.7
– III 9.1, 2, 3, 4, 5, 6; 10.7; 11.1, 2, 3
– IV 12.2, 3
– V 13.1, 2
dēpōnentia, verba 16.1, 2; 17.4, 5; 24.4, 5; 25.1, 3
*docēre* 18.9
*domum -ī -ō* 20.6
*dummodo* 34.3

E
*eius* 4.3, 4
*esse* 15.3

F
fēminīnum 2.1
fīnālis, sententia 28.5; 29.1, 3; 33.11
*fore* 33.10
futūrum 20.1, 2, 3
– īnfīnītīvī: v. *īnfīnītīvus (futūrī)*
– participiī: v. *participium (futūrī)*
futūrum perfectum 30.1, 2

G
genetīvus 2.2
– *meminisse, oblīvīscī* ... 32.9, 10
– partītīvus 16.6; 19.5; 32.14
– *puer octō annōrum* 19.7
– *tantī, quantī* ... 29.11
gerundium 26.1, 2, 3; 31.5; 33.9, 11
gerundīvum 31.1, 2, 3, 5; 33.9, 11

H
*hic haec hoc* 8.1, 3
*hīc, hinc, hūc* 27.7

I
*īdem eadem idem* 18.6
*ille illa illud* 8.2, 3
*illīc, illinc, illūc* 27.7
imperātīvus
– futūrī 33.12
– praesentis 4.1, 2; 5.6, 7; 20.4; 25.1; *(nē ~eris!)* 32.8
imperfectum
– coniūnctīvī: v. *coniūnctīvus (imperfectī)*
– indicātīvī 19.1, 2, 3, 4; 21.10
*in*
– cum abl. 5.1, 2
– cum abl. et acc. 7.2
īnfīnītīvus
– futūrī 23.2, 3, 4, 5, 6; 33.10
– perfectī 21.4, 5, 6, 7; 23.5, 6; 24.5
– praesentis 10.1, 2, 3, 5; 23.5, 6
interrogātiōnēs oblīquae 29.4, 5, 6; 32.1, 2, 3; 33.7, 8
*is ea id* 5.2, 4, 5; 6.7; 7.3; 8.4, 5, 6; 21.4; cfr. etiam *eius*

L
locātīvus 6.1; 20.6; 25.2; 27.7

M
masculīnum 2.1
*meminisse* 32.11
*multō* ad comparātīvum, *ante, post* 16.7

N
*-ne?* 1.3; 2.3
neutrum 2.1
*nōlī -īte* 20.4

nōminātīvus 3.2
– duplex 20.5; 26.5
*nōnne?* 7.1
*nōvisse* 32.11
*num?* 1.3; 2.3; 7.1
numerālia
– adverbia 18.8
– distribūtīva 30.4

O
oblīquae, interrogātiōnēs: v. *interrogātiōnēs oblīquae*
*ōdisse* 32.11
*opus est* 32.13

P
participium
– futūrī 23.1
– perfectī 25.3
– praesentis 14.1, 2, 3, 4, 5, 6
passīvum 6.5; 27.6
– impersōnāle 33.13
*paulō* ad comparātīvum, *ante, post* 16.7
perfectum
– coniūnctīvī: v. *coniūnctīvus (perfectī)*
– indicātīvī 21.1, 2, 3, 9, 10; 24.2, 4; 30.2
– īnfīnītīvī: v. *īnfīnītīvus (perfectī)*
– participiī: v. *participium (perfectī)*
periodus hypothetica 33.5, 6
periphrastica, coniugātiō
– āctīva: v. *participium (futūrī)*
– passīva: v. *gerundīvum*
persōnae verbī 15.1, 2, 3, 4, 5
persōnālia, prōnōmina 24.1
plūrālis 1.1, 2
plūsquamperfectum
– coniūnctīvī: v. *coniūnctīvus (plūsquamperfectī)*
– indicātīvī 24.2, 3; 30.2
*posse* 15.3
praepositiōnēs
– cum abl. 5.2; 6.2, 3, 4
– cum acc. 6.2, 3, 4
praesēns
– coniūnctīvī: v. *coniūnctīvus (praesentis)*
– indicātīvī āctīvī 3.1, 7; 6.6; 15.1, 2, 3, 4, 5; 17.5
– indicātīvī passīvī 6.5; 17.1, 2, 3, 5, 6
– īnfīnītīvī: v. *īnfīnītīvus (praesentis)*
– participiī: v. *participium (praesentis)*
praeteritum: v. *imperfectum*
prōnōmina
– dēmōnstrātīva 8.1, 2, 3
– interrogātīva 2.3; 3.6; 4.4
– persōnālia 24.1
– relātīva 3.4; 6.8, 9; 8.4, 5, 6

Q
*quī quae quod* 3.4; 6.8, 9; 8.4, 5, 6
*quī? quae? quod?* 8.6
*quīdam quaedam quoddam* 31.6
*quis? quid?* 2.3; 3.6; 4.4
*quisque quaeque quodque* 18.7
*quod* cum ind. 11.8; 34.2

R
*rūs rūrī rūre* 27.7

S
*sē sibi sē* 7.3; 21.4, 7, 8; 23.3; 24.1; 32.7
singulāris 1.1, 2
superlātīvus
– adiectīvī 13.6, 7; 18.1; 19.5, 6
– adverbiī 18.4, 5
supīnum
– I 22.1; 33.11
– II 22.2
*suus -a -um* 4.4; 21.8; 32.7

T
themata verbī 21.1; 22.1

U
*ut* cum coniūnctīvō 27.1, 2, 3, 4, 5; 28.1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9; 29.1, 2, 3; 33.11
*utinam* 32.4; 33.5

V
verba
– affectuum 34.2
– *-ere -iō -iunt* 15.4
– timendī 32.5
– v. etiam *dēpōnentia, verba*
versūs 34.5
*vidērī* 26.5
vocātīvus 4.2; 5.6; 19.8